tat subiectū in aptitudine ad formaꝫ ⁊ sic dico ꝙ priuatio bñ est ens positiuū ⁊ dic̄ entitatē positionem: vt cecitas de cognotato īportat oculos cū aptitudie ad vidēduꝫ. ¶ Tūc rñdet ad rōnes.

Solutō rationum ꝑdictarum.

¶ Ad primā dr̄ ꝙ priuatio bñ per accidēs ꝑcipitur a sensu sicut tenebre. ⁊ h̄ per suū hītū vel ꝑ species sui hītus. ⁊ de hoc satis videbim⁹ in libris de aīa. ¶ Ad scḋaꝫ dr̄ ꝙ nō opꝫ terminū a quo gñatiōis eē aliqd positiuū. Dico ēt ꝙ gñatio potest dici mutatio realis dupl̄r. vno mō qa termini sunt entia positiua ⁊ sic nō est mutatio real' cū termin⁹ a quo sit pura priuatio. Alio mō q: est ad terminū positiuuꝫ. ⁊ sic bñ dr̄ mutatio realis.

Gñatio quomodo dr̄ mutatio realis.

¶ Ad tertiū dr̄ ꝙ pctm̄ nihil positiuum dic̄ cū sit pura priuatio rectitudis que dꝫ ineē actui. Ad aliā dicūt aliq ꝙ ad h̄ ꝙ istud v̄bū est ꝑdicet de aliq̄ nō opꝫ ꝙ illō dicat aliquā entitatē positiuā sꝫ sufficit ꝙ dicat aliqd priuatiuꝫ. Et si qs dicat: ꝯ: q: in tali ꝓpositiōe sic in ista cecitas est. s̄bꝫ pro nullo supponit cū priuatio de significato formali nihil dicat nisi negatiōeꝫ forme. ¶ Rñdet ꝯformiter ꝙ nō opꝫ ꝙ subiectū supponat pro aliq̄ positiuo: sꝫ sufficit ꝙ supponat pro aliquo priuatiuo. Aliq dicūt alr̄ ꝙ priuatio vt cecitas ⁊ alij termini priuatiui sūt termiı̄ cognotatiui tā in ꝯcreto q̄ꝫ ī abstracto. iō supponūt ꝑ illis cognotatis: ⁊ nō ꝑ significatis formalib⁹: ⁊ ꝙ cecitas sit termin⁹ cognotatiu⁹. pꝫ: q: dctm̄ est ⁊ cōiter dr̄ ꝙ priuatio dicit negationē in s̄bo apto nato: ⁊ ꝙ de significato pncipali īportat negationē. sꝫ de cognotato īportat s̄bꝫ cū aptitudine ad formā: iō dicūt ꝙ sunt aliq̄ ꝯcreta et abstracta q̄ sunt synonima ⁊ q̄ eodeꝫ mō se hñt ad cognotata ⁊ significata formalia: iō qñ dicit̄ cecitas ē: ibi ly cecitas suppōit pro ocul' cognotādo ipsos nō hr̄e visuꝫ eodē mō sic̄ cecus. Et si qs dicat ꝙ hoc est ꝯ̄ Aristotelē in postꝑdicamētis. vbi dicit ꝙ priuatio nō est priuari. ¶ Rñdent ꝙ Aristoteles nō vult negare istā ꝓpositionē cecus est cecitas. sed vult dicere ꝙ cecitas aliud īportat de sigāto principali ⁊ de cognotato.

Quot modis aliqua dicunt distingui realiter.

Dubitatur scḋo vtrum priuatio sit res distincta ā re priuata sic̄ priuatio forme in mā sit aliqd realr̄ distinctū a mā. Pro cui⁹ solutiōe supponit̄ ꝙ aliq̄ dicunt̄ distingui realr̄ dupl̄r. Uno mō q: sunt due res reales positiue quaꝝ vna nō ē alia. ⁊ sic dico ꝙ mā ⁊ priuatio nō distinguunt̄ realr̄: q: priuatio nō est res positiua: neqꝫ est res sꝫ priuatio rei. Alio mō aliq̄ dicunt̄ distingui realr̄: q: nō vnū pōt vere dici de alio. ⁊ sic mā ⁊ priuatio dicunt̄ distingui realr̄ adinuicē. Nā ista est falsa mā est priuatio: ⁊ h̄ capiēdo priuationē ꝑ per se sigāto ⁊ istud ꝓbat̄ q: pōt mā esse sine priuatione. Nā adueniēte forma in mā priuatio illi⁹ forme abycitur: ⁊ tñ mā illi⁹ forme manet: ⁊ nō manet illa priuatio: aliq tñ tenētes ꝙ priuatio sit res priuata dicūt ꝙ priuatio manet: sꝫ nō manet priuatio. sed istō nō est multū logice dictū cū istud v̄buꝫ maneo. nō hēat viꝫ faciēdi terminuꝫ appellare suā ꝓpriā rōnē cū nō sit nūero terminoꝝ significantiū actū interiorē aīe vl' oporteret dicē ꝙ oē verbū hr̄et equalē viꝫ appellādi. ¶ Sꝫ in oppositū arguit̄: puta ꝙ priuatio nō distinguatur a mā: q: circūscriptio a mā oī eo ꝙ nō est ipsa ad huc ipsa est priuata. Nā ponat̄ ꝙ a mā separent̄ oīa que nō sunt ipsa: q̄rit̄ tūc vel ipsa ē priuata forma vel nō: nō est dicēdū ꝙ nō: q: nō hꝫ formā ⁊ nata est hr̄e. ¶ Si dicat̄ ꝙ sic: ḡ priuatio nō est disticta a mā. ¶ Rñdet breuiter ꝙ separata forma ā mā necessario ponit̄ priuatio illius forme in mā ita ꝙ īpossibile est ꝙ separet̄ aliqua forma a mā quin illa mā careat tali forma: iō remanēte mā ⁊ forma separata. de⁹ non pōt facē qn mā sit priuata. nā ad separationē forme ponit̄ necessario priuatio. ¶ Et si qs dicat: ḡ de⁹ ad separationē forme necessario ꝓducit priuationem. dico ꝙ priuatio ꝓ ꝑ se sigato cū nō sit nisi pura negatio nō ꝓducit̄ neqꝫ creat̄ neqꝫ hꝫ cām efficiētē que eā ꝓducat cū nihil sit nisi negatio. sed necessario cōcomitat̄ separationē forme a materia.

Dubitatur 3° vtrū ille ꝓpositiōes q̄s phs ponit in textu sint vere.

Dubia de ꝓpositionibus Aristo. ī textu positis.

¶ Pria difficultas an mā ⁊ priuatio sint vnuꝫ numero ⁊ differāt spē. ad quā dr̄ ꝙ aliq̄ sūt vnū numero dupl̄r. Uno mō entitatiue ⁊ realr̄ q̄rū entitas vni⁹ est entitas alteri⁹. ⁊ sic mā ⁊ priuatio nō sunt vnū nūero nisi caperet̄ priuatio pro cognotato vt dicunt aliq ꝙ sic capiebat Aristo. in textu. Alio mō aliq̄ sunt vnū nūero accidētaliter: q: vnū pōt dici de alio dnoīatiue ⁊ accidētalr̄. ⁊ sic bñ mā ⁊ priuatio eēnt vnū nūero sicut dr̄ de s̄bo ⁊ accñte. ¶ Scḋa difficultas qūo intelligit̄ ꝙ mā ⁊ priuatio distinguunt̄ spē. ¶ Rñdet ꝙ dꝫ intelligi ꝙ distinguunt̄ spē ideꝫ rōne pncipādi. nā mā pncipiat per modū subi. ⁊ priuatio pncipiat ꝑ modū originis ⁊ termini a q̄.

Scḋm dubiū.

¶ Tertia difficultas q̄liter intelligit̄ ꝙ ex priuatione sit aliqd cū in oī factōe priuatio abyciat̄. ¶ Rñdet breuiter ꝙ nō est incōueniēs ꝙ ex priuatiōe aliqd fiat tanq̄ꝫ ex termio a quo ⁊ ꝙ ipsa abyciat̄. Nā vt in plurimū termin⁹ a quo in factiōe abycit̄.

Tertiū dubiū.

¶ Quarta difficultas: vtrū de s̄bo vliter dicat̄ h̄ fit hoc. ¶ Pro solutiōe ponūtur duo documēta. primū q̄cūqꝫ ꝑdicatū ꝓpōnis pōt ꝑcise supponē pro s̄bo tūc ꝯcedit̄ h̄ fit hoc: vt pꝫ ꝑ vnā regulā logicalē. ꝙ appōne in q̄ ꝑdicat̄ illō v̄bū fit ad illā in qua ꝑdicat̄ hoc verbuꝫ est vel erit est bona ꝯña vt bñ sequit̄ hō fit. ergo hō est vel erit. Silr̄ hō fit musicus. ergo homo est vel erit musicus. Secundum documentuꝫ. q̄cunqꝫ ꝑdicatuꝫ talis ꝓpositionis non potest

Quartū dubiū.

Documenta ꝑdictū dubiuꝫ soluentia.

precise supponere pro illo pro quo supponit sb/ iectū sꝫ pro alio tūc debem⁹ dicē ex hoc fit h.et nō hoc fit hoc:qꝛ nūꝗ de talib⁹ ista est vā hoc ē vel erit illud. vt dicim⁹ ꝙ ex corpe fit hō. ¶ Ex quo sequit ꝙ in oī factiōe nāli sbali debem⁹ dicere ex hoc fit h. ¶ Sequit scdo ꝙ in factione artificialiu𝔷 debem⁹ ēt dicere ex hoc fit h. vt ex ere fit statua sꝫ in factione accidētali nāli debem⁹ dicē hoc fit hoc. vt hō fit music⁹. dicimus ēt aliqn̄ ex hoc fit hoc. vt ex nō albo fit albū. Dicit finalr ꝙ ex priuatōe debem⁹ dicere ex hoc fit h. ¶ Et hec de secundo articulo.

Conclo rñsalis. **Quantu** ad 3^m fit ꝯclusio rñsalis: priuatio nō est mā: sed est realr distīcta a mā cuius probatio satis pꝫ in 2° articulo. ¶ Ad rōnes ad pmā pꝫ solutio. ꝛ ad ꝯfirmatō

Quid est priuatio. nē dr ꝙ priuatio nō est neqꝫ sba neqꝫ accidens sed negatio substātie vel accidētis. Dicit vlterius ꝙ nō est neqꝫ gñabilis neqꝫ corruptibilis pprie: sꝫ solū īpropie capiēdo gñari p incipe eē: ꝛ corrūpi p desinere eē ꝯcedit ēt ꝙ in mā nihil est positiuū nisi forma: tñ bñ aliqͦ priuatiuū qđ nō est forma. ¶ Et per ista pꝫ qd sit dicēdu𝔷 ad scdam ꝛ tertiā rōnes. ¶ Ad qrtā dr̄ prio negādo primā ꝯñā: qꝛ pұuatio nō est entitas positiua. iō mā nō pt pұuari pұuatiōe cuius pұuatio posfit ab ea negari. Dr ēt ꝙ in mā sūt tot pұuatiōes. qt sunt forē vnde seu foe qb⁹ pұuat mā nec hoc est incōueniēs. ¶ Ad qntā pꝫ solutio i 2° arti°. ¶ Sequitur textus.

Subiecta autē natura scibilis est sꝫ analogiā: sicut enī ad statuā es aut ad lectulū lignū aut aliorꝫ aliqd habentiū formā in mā ꝛ informe se hꝫ priusquā accipiat formā sic ipsa se ad substātiam habet ꝛ hoc aliquid ꝛ ꝙ est.

Diuisio tractat⁹. Iste est septimus tractat⁹ huius libri in quo phs remouet errores antiquorum circa mām ꝛ priuationē. Et diuiditur i duo capla. ¶ In primo ponit pmo talem ꝯclones. Materia est cognoscibilis p analogiā ad trāsmutatiōnē. ꝛ qꝛ nequit eē trāsmutatio sine sbo inspiciēdo: ergo ad trāsmutationē ꝛ discurrēdo ꝙ trāsmutatio nō pōt esse sine sbo īferꝫ ꝙ si est trāsmutatio ꝙ etiā est mā. Deīde remouet

Errorū ātiquorum remoto p uenientiu𝔷 ex pte materie. errores antiquorꝫ ex pte materie prouenietes. credebāt enī antiq ipsā mām esse totā substantiā rei nālis ppter qđ dixerūt oēm gñatiōnē eē accidētalē eorū rō erat. qꝛ si aliqd fieret simplr vel fieret ex ente vel ex nō ente. nō ex ente: quia tūc sequeret ꝙ aliqd eēt anteꝗ fieret qđ est falsum. nec ex nō ente: qꝛ ex nō ente īpossibile ē aliquid fieri cū oporteat in qlibet trāsmutatōe aliquid subijci. Rñdet phs ꝙ ex ente in potentia quēadmodū est mā aliqd fit. sed ex ente in actu cōpleto qđ est hoc aliqd nihil fit in actu. Et ex isto habet ꝙ mā est tantū ens in potētia. dicit ēt ꝙ ex nō ente nihil fit supple tanꝗ ex subiecto: qꝛ non ens pōt esse subiectū: tñ bene fit aliquid tanꝗ ex opposito. ¶ Sequitur textus. nota

Tangentes quidem igitur.

In isto caplo phs ponit aliqs ꝯclusiōes adhuc de principijs rerū nāliu𝔷. Prima priuatio nō est oino extra numerū pncipiorꝫ rei: qđ pbat: qꝛ illō ꝑpter qđ materia appetit formā nō est oino extra numerū principiorꝫ rei: sed mā ꝑpter priuationem appetit formā. igit: minor pbatur. qꝛ mā appetit formam quā hꝫ vel formā quā nō hꝫ. nō formā quā hꝫ: qꝛ appetit⁹ est ꝑpter indigētiā alicui⁹ nō habiti: ergo appetit formā quā nō hꝫ: ꝛ non nisi pp carentiā ei⁹: igit. Et si dicat ꝙ appetit formam quā non hꝫ: sed non pp priuationē arguit ꝯ h. qꝛ tūc appeteret corruptionē forme quā hꝫ cu𝔷 forma quā non hꝫ ꝯrie forme quā hꝫ. Contraria enī mutuo se expellūt. ꝛ corruptiua sunt ad inuicē ꝯria relinquit ergo ꝙ mā appetit formā pp priuationē sicut femina appetit virū. ꝛ turpe pulchrū. ¶ 2ª ꝯclo: quāuis mā sit gñabilis ꝛ corruptibilis per accñs nō est tñ gñabilis et corruptibilis per se. pma pars pꝫ: qꝛ priuatio q̄ est in mā corrūpitur ergo mā est corruptibilis per accñs. Scda pars pꝫ: qꝛ si mā sit per se gñabilis: tūc oporteret ꝙ heret sbm exquo fieret. sed mā nō est hmōi: qꝛ mā est subiectū exq̄ oia alia fiunt: ꝛ nō hꝫ aliud subiectū. Materia enī est subiectū vnicuiqꝫ pmū exquo fit aliqd cum insit ꝛ nō ꝑm accidēs. ¶ Exquo infert ꝙ mā est per se icorruptibilis: qꝛ oē qđ corrūpit corrūpitur in materiā. ergo si mā corrūperet corrūperetur in materiā. ¶ Finaliter ondit ꝙ forma ē pn^m rei nālis qꝛ omne qđ fit simplr est sba cōposita ex aliquo qđ acquirit ꝛ aliquo qđ pfuit mō illud qđ acquirit nō est nisi forma: ergo forma est prin^m rei nālis. Deinde epilogat dicens ꝙ ex predictis pꝫ quot sunt principia reru𝔷 naturalium. ꝛ que ꝛ quot sunt.

An priuato fit ex numero principiorū.

Auctoritas. nota ꝛ scto

Quid ē forma.

Queritur septimo vtrū mā sine oī forma sit entitas actualis appetibilis forme rōne priuationis. Arguitur primo ꝙ non ꝯ primā partē: qꝛ nulla entitas pure potentialis est entitas actualis sed materia est hmōi: igit: minor pꝫ p phm in textu dicentē ꝙ materia est ens in pura potētia. dicit etia𝔷. 7. methaphisice ꝙ materia pma nec est quid nec quale nec quātū. ¶ Arguitur 2° sic. materia nō est ens igitur: añcedēs pbat: qꝛ materia ꝛ priuatio sunt vnū numero. ꝛ priuatio nō est ens igit. Tertio sic arguit ꝯtra secūdam partē. mā nō appetit: ergo nō appetit formā. añs

Aliud dubiu𝔷 de mā. pmo

mā. añcedens pbaf: q2 mā non cognoscit: g nō appetit. tȝ 9ña. q2 qd appetit cognoscit illud qd appetit. Itē appetē est agē: sȝ mā nō agit: igif. ¶ 4° sic. mā non appetit formā. Ergo nō appetit formā rōne puationis. añs duplr pbaf: quia vel appetit formā quā actu hȝ vel quā nō habȝ. Non primū vt dictū est in textu nec scdȝ: q2 appetit° materie fit sm formā quā hȝ: sed illa priatur forme hñde: igif. Itē mā aliqñ est sub forma pfectiori quā pōt hre: ergo si tūc appeteret aliā formā appeteret suā imperfectionem: igif. ¶ 5° sic arguif. priuatio ⁊ forma 9rianf: sȝ vnū 9riorum non est rō appetit° alteri°: igif mā non appetit formā per suā priuationē. ¶ In oppositū arguif quo ad primā ptē: q2 oē cōponēs intrinsece aliquam entitatē est aliqd: sed mā ē hmōi: igif. ¶ Pro 2ª parte ē phs in textu. In hac qōne sicut in ceteris erunt tres articuli.

Difficultates circa textū incidētes. qt modis aliquid dicif eē in actu.

Quantū ad primū sciendū est pmo q circa textū incidūt alique difficultates. Prima est qliter est intelligēdū q mā est tm̄ ens in potētia. ¶ Pro cui° solutiōe supponif q aliqd dr esse in actu duplr. vno mō in actu existēdi seu entitatiue qd realr existit. Maȝ per actū entitatiuū seu existēdi nihil aliō intelligo q existētiā rei. Et sic illud qd ve existit est in actu entitatiuo. ⁊ q2 mā vere existit. iō dr esse in actu entitatiuo. Scdo mō aliqd dr in actu formali. vñ per actū formalē nō intelligo nisi formā. ita q forma est ipsemet act° formalis. ⁊ sic illud dr eē in actu formali qd est forma vel qd hȝ formā. ideo mā sine forma non dr eē in actu formali: nō dr hre formā nec est ipsa forma. ¶ Supponif 2° q aliqd dr esse in potentia duplr. vno mō in potētia subiectiua. Alio mō i potētia obiectiua. vñ illud dr eē in potētia subiectiua qd est: ⁊ pōt recipe aliquā formā siue substātialem siue accñtalē: ⁊ isto mō mā dr esse ens in potentia cū possit recipe formas tā sbales q accidentales. Et aduerte q ad hoc q aliqd sit in potentia subiectiua due 9ditiōes reqrunf. Pria ē q sit. ideo illa que nō sunt sicut antirps nō dicuntur eē in potētia subiectiua. Scda q possit aliqd recipe. iō deus nō dr eē in potētia subiectiua cū nihil possit recipe. Sȝ illud dr eē in potētia obiectiua qd nō est ⁊ pōt eē. ¶ Erquo sequitur q due 9ditiōes ēt requirunf ad hoc q aliqd sit in potētia obiectiua. Pria q nō sit. ideo entia que existūt nō sunt in potētia obiectiua. Scda q possit eē. iō chimera non est in potētia obiectiua: q2 nō pōt eē. ¶ His suppositis dr pmo q mā nō dr solū ens in potentia subiectiua. q2 mā vere existit imo circūscripta oi forma mā ē ve ens. q2 illud est ve ens actu qd est pn̄m intrisecū entis actualis. sȝ mā est hmōi: igif. Item mā dr eē sbȝ vniuscuiqȝ pmū. g mā est vere ens.

Aliqd qt modis dicitur eē in potētia.

Quot 9ditiones reqruntur ad hoc q aliqd sit i potētia obiectiua.

¶ Et si q dicat: si mā eēt vere ens actu sequeret q nō eēt in potētia ad oēȝ actū: q2 nihil est i potētia ad illō qd iā hȝ. ¶ Itē sequeref q generatio cuiuslibet forme eēt alteratio: q2 qlibȝ forma adueniret enti in actu cuȝ mā sit ve ens actu. Ad pmū dr. q nā cū s q est ve ens est in actu existēdi ⁊ in potētia ad oēm actū formalē. i. ad oēȝ formā. Ad 2m dr q alteratio psupponit sbȝ in actu cōpleto: puta q sit ens cōpositum: mō mā nō est ens in actu cōpleto. nec ēt forte eēt inconueniēs circa māmȝ quātā fieri alterationes.

Solutō pdictorū dubioȝ.

Sciendū est scdo q circa textū incidit talis difficultas. vtrū mā sit cognoscibilis solū sm analogiā ad formaȝ seu ad trāsmutatiōnē. ¶ Pro solutiōe supponif sȝ qd dic Scotus dist. 12. q. 1. scdi i solutiōe cuiusdē argumēti q phs a pn° phicoȝ vsqȝ ad qntuȝ librū loqtur de motu cōiter capto seu in vli vt se extēdit ad motū ppie dictū: ⁊ ad trāsmutationē. ēt loquif in vli de mā: puta vt se extēdit ad māȝ ppie dictā que est subm in trāsmutatione substātiali: ⁊ ad māȝ que est subm in alteratione. ¶ Erquo seqtur q hic loqtur de mā: vt hȝ analogiā seu ordinē ad trāsmutationē. iō dic q mā sic supple accepta: puta vt hȝ ordineȝ ad trāsmutationē nō cognoscif nisi p analogiā ad trāsmutationē vel formā. Sȝ ex isto nō seqf qn mō sit alio mō scibilis per se ⁊ hȝ se sic ignis vt trāsmutaf localr nō pōt cognosci nisi in ordine ad locū: nō vult g phs negare q mā non sit cognoscibilis per se ⁊ sm se cū sit ve ens: sed solū vult hre q mā que hȝ ordinē ad trāsmutatōneȝ nō pōt cognosci sine trāsmutatiōe: ⁊ ē talis modus cognoscēdi. videm° eni vnā formā nouā post aliā: q2 videm° nouam opationē que arguit formā ⁊ scim° q sbȝ in trāsmutatione hȝ manē. iō per trāsmutationē arguimus māȝ.

quō cognoscitur mā.

Sciendū est tertio q circa textū icidūt aliq difficultates. pª an i mā sint ponēde dimēsiones itermiate 9uenientes ipsi materie añ aduētū cuiuslibet forme. Ad quā dr breuiter q sic. Et si q dicat 9: q2 añ aduētuȝ cuiuslibet forme mā est sine dimēsionib°: cū dimēsiones nō sint nisi qtitates ⁊ forme accidentales. rñdeo q p dimēsiones itermiatas ego non itelligo aliquā formam aduenietē ipsi materie neqȝ subalē accñtalē. iō argm nō valȝ: sȝ p dimēsiōes itermiatas ego itelligo ptes sbales ipius māe. ex qb° ipa mā itegraf ⁊ 9pōif. mō anq̄ā mā recipiat aliq̄ formaȝ siue sbalē siue accñtalē oȝ q p° 9pōaf ex talib° ptib°. Erḡ seqf q añ aduētū cuiuscūqȝ forme sūt ponēde dimēsiōes itermiate in mā. i. in ptes itegrātes ipaȝ māȝ. Scda difficltas an hepp̄oēs sint ve medic° p se sanat ⁊ ñ p se edificat. Rñdef q medic° dr p se sanare ⁊ per accidens edificare ad hunc sensuȝ q hec

Alique difficultates circa textū incidētes.

Secunda difficltas.

est per se medicus sanat:ꝛ hec p accñs medic⁹ edificat.ꝛ nõ capit hic ꝓpositio p se vt capiebatur in p° posterioꝝ: sed capit hic ꝓpõ p se p illa ꝓpositiõe cui⁹ sbm ĩportat aliqd necario requisitũ ad actionẽ vel passionẽ pdicati: vt cum dr̃ edificatoꝛ edificat: medic⁹ p se sanat: ꝛ p oppositũ dr̃ ꝓpositio p accñs cui⁹ sbm ĩportat aliqd qđ est impertinẽs ad actionẽ vel passionẽ predicati. vt cũ dr̃ medic⁹ edificat. ꝛ p hoc satis pꝫ q hec est ꝯcedẽda medic⁹ instrũ medic⁹ sanat. ꝛ hoc maxĩe capiẽdo ly instrũ specificatũ. ¶ 3ª difficultas vtrum mã sit gñabilis ꝛ corruptibilis.

Tertia difficultas.

¶ Pro cuius solutiõe supponit q aliqd dr̃ generabile ꝛ corruptibile dupliciter. vno mõ terminatiue seu obiectiue quẽadmodũ est illud qđ ĩ generatiõe acqrit cuiusmodi est forma vel totum cõpositũ. ꝛ isto mõ mã est ĩgñabilis ꝛ ĩcorruptibilis: q2 nõ põt acqri per gñationẽ cum ipsa psupponat in q̄lꝫ gñatiõe ꝛ remanet in q̄lꝫ corruptione. Alio mõ aliqd dr̃ gñabile ꝛ corruptibile sbiectiue q2 est sbm gñatiõis ꝛ corruptiõis ꝛ sic mã dr̃ bñ gñabilis ꝛ corruptibilis. i. e sbm susceptiuũ forme in generatiõe ꝛ corruptiõe.

Aliquid dr̃ modis duobus gñabile ꝛ corruptibile.

Sciendũ est qrto q circa tertiũ incidit alia difficultas vtrũ mã appetat formã pp priuationẽ. Pro cui⁹ solutione supponit q triplex est appetit⁹. s. nãlis: sensitiuus seu aĩalis ꝛ itellectiu⁹. vñ nãlis appetit⁹ nõ est nisi inclinatio alicui⁹ rei qua inclinat ad suũ bonum: ꝛ iste appetitus nõ psupponit cognitiõnẽ illi⁹ ad qđ fert appetẽs. vñ lapis appetit descẽdere deorsum. ignis ascendere sursum: ꝛ tñ nõ opꝫ q lapis cognoscat talẽ descensum: neqꝫ ignis talẽ ascensuꝫ: vñ lapidẽ appetẽ descendẽ deorsum nõ est aliud q̄ ipm iclinari ad talẽ descensuꝫ: ꝛ sic dicat in alijs ꝛ iste appetit⁹ nãlis semp est idẽ realr cũ illo cui⁹ est appetit⁹: q2 nõ est nisi inclinatio ipi⁹ rei ad suũ bonũ. mõ inclinatio rei nõ est aliđ q̄ illud cui⁹ est iclinatio: et tali appetitu mã dr̃ appetẽ formã qđ nõ est aliđ q̄ mãm iclinari ad recipiendũ formam. Et aduerte q iste appetit⁹ nãlis est duplex. quidã est respectu boni futuri: ꝛ iste vocat appetit⁹ desiderij. ꝛ isto mõ mã appetit formã quã nõ habꝫ. alius est appetit⁹ delectatiõis ꝛ volũtatis seu cõplacẽtie. ꝛ isto mõ appetit res pñs. ꝛ ẽt isto mõ mã appetit formã quã hꝫ. ¶ Ex isto seqt q mã alio mõ appetit forã quã hꝫ ꝛ forã quã nõ hꝫ. q2 forã quã hꝫ appetit appetitu dlectatõis ꝛ cõplacẽtie: sed formã quã nõ hꝫ appetit appetitu desiderij. ꝛ de isto itelligit phs cuꝫ dicit in textu q mã appetit formã pp puationẽ: q2 mã appetit formã qua caret appetitu desiderij. ꝛ sic valet q non appeteret tali appetitu nisi careret ea. ideo dr̃ q appetit ppter puationẽ. ¶ Ex isto seqtur q appetitus mãe quo appetit formã nõ est aliđ

Quare mã appetit formam.

Appetitus ẽ triplex.

Appetitus nãlis ẽ duplex.

res ab ipsa materia cũ nõ sit nisi inclinatio ipsi⁹ materie. Sed appetit⁹ intellectiu⁹ est qui fert in aliquid mediate cognitiõe intellectiua: ꝛ appetitus iste vocat volũtas imo ꝛ ipamet volũtas. vñ volũtas nũq̄ fert in aliqđ. i. nũq̄ vult aliquid nisi illud sit pcognitũ. Sed appetit⁹ sensitiuus seu aĩalis est qui fert in aliqđ mediãte cognitiõe sensitiua. ꝛ de tali dico q cuilꝫ potentie cognitiue corñdet potẽtia appetitiua q̄ vocat appetit⁹ sensitiu⁹ vel intellectiu⁹: ꝛ tali appetitu materia nõ appetit formã: q2 talis ñ fit nisi mediante cognitiõe mõ materia nihil cognoscit. ¶ Dico finaliter q qlibꝫ talis appetit⁹ hꝫ appetitũ naturalẽ cũ quilibꝫ talis inclinet ad suũ bonũ q̄ inclinatio est ipse appetit⁹ nãlis ꝛ sic pꝫ volũtas q̄ dr̃ appetit⁹ intellectiu⁹ hꝫ appetitũ nãlem qui nihil aliud est q̄ inclinatio ipsi⁹ volũtatis ad suũ bonũ. Et hec de primo articulo.

Quid ẽ appetitus materie. q appetitu formam.

Quid ẽ appetitus itellectiu⁹.

Appetitus sensitiuus

Quantũ ad scõm dubitat primo vtrũ p aliquã potẽtiaꝫ materia possit eẽ sine forma. Et vr̃ q nõ. q2 q̄ aliq̄ sũt magis vnũ magis sunt iseparabilia: sꝫ materia ꝛ forma sũt magis vnum q̄ subiectũ. ꝛ passio q̄ sũt oino inseparabilia: igit. minor pbat: q2 ex mã ꝛ forma fit p se vnũ. nõ ãt ex sbo ꝛ passiõe. ¶ Scdo sic. impossibile est creaturã esse sine respectu creatiõis ad deũ creantẽ: sed talis respectus q vocat creatio passiua est forma: igit. Tertio sic. cuius fieri implicat ꝯdictionem nõ est p aliquã potẽtiã possibilẽ. sed materiã esse sine forma implicat ꝯdictionẽ: igit. minor pꝫ: q2 materia est in pura potẽtia q̄ si esset actu separata a forma ipsa nõ eẽt in pura potẽtia cũ ipsa actu essꝫ. ꝛ p ꝯns essꝫ in pura potẽtia. ꝛ nõ esset in pura potentia. Quarto sic: q2 datis duab⁹ materijs separatis a suis formis adhuc dualitas q̄ est qđã forma ab illis distincta eẽt in ipsis: ꝗ si materia sit separata a forma adhuc habebit formã. Itẽ circũscripta mã a forma vel est eadẽ cũ deo. vel distincta. si distincta q̄ in ea distinctio q̄ est qđã forma. ¶ In oppositũ est scotus distinctiõe. 12. scđi q̄stiõe scđa dicẽs q nõ est ꝯdictio materiã esse sine forma q̄cunq̄ siue sbali siue accidẽtali. hoc pbat multipliciter. Primo sic. qcquid ꝯtingenter se hꝫ ad aliqd põt esse sine illo: sꝫ mã ꝯtingenter se hꝫ ad formã: q2 qđ ꝯtingenter se hꝫ ad q̄lꝫ cuiuslibet gñis contingenter se hꝫ ad quãlibet formã: igit mã se hꝫ ꝯtingenter ad totũ gen⁹ forme. Itẽ nõ magis repugnat mãm eẽ sine forma q̄ subiectũ eẽ sine accñte: sꝫ primũ nõ implicat: ꝗ neqꝫ scõm. ¶ Scdo sic: q2 aut forma sbalis xp̄i fuit separata a mã in morte eius aut nõ. Nõ põt dici q nõ: q2 tunc nõ fuisset mortu⁹. si sic: ergo mã eius remãsit sine forma sbali. Si dicat q nõ remãsit sine forma: ergo tũc fuit aliq̄ forma in ea introducta ꝛ nõ nisi forma cadaueris qđ nõ vr̃

Utrum mã possit eẽ sine forã

Solutõ pdictorũ dubiorũ bm scotum

dicendum

dicēdū. ¶ 3° sic. quecūq͡z absoluta realr distincta quoꝝ vnū est pꝛ° alio nō īplicat ꝯdictionē ꝑus separi a posteriori. s͡z mā ⁊ foꝛa sunt h̄moī: igit. ¶ 4° sic. q̄ncūq͡z aliq̄ duo sic se hn̄t ꝙ vnū creat īmediate a deo: reliquū vero a nā: tūc qđ est creatū a deo pōt eē sine ꝓducto a nā. sed mā īmediate a deo creat: ⁊ non pōt cāri a nā. ⁊ foꝛa causat a nā. ergo pōt deus cāre mām ⁊ ꝯseruare sine forma. Nūc ergo rn̄dendū est ad rōnes alteri⁹ opinionis. ¶ Ad p̄mā dī ꝙ duplex est vnitas: q̄dā est vnitas idēptitatis qua aliq̄ dicūtur eē vnū. ⁊ tali vnitate s̄bum ⁊ passio sunt magis vnū q͡ꝫ mā ⁊ forma. Alia est vnitas vniōis qua aliq̄ vniunt in aliquo tertio ⁊ tali vnitate mā ⁊ foꝛa sunt magis vnū. ¶ Ad scđaꝫ dī ꝙ nō concludit: q2 loq̄mur hic de forma distīcta a materia. mō creatio passiua ipsius māe ad deū creātē nō est forma distincta a mā. ¶ Ad tertiaꝫ dī ꝙ mā semp est in potētia subiectiua ad formā: cū hoc tn̄ stat ꝙ est ens in actu existēdi vt iaꝫ vī suꝫ est. ¶ Ad q̄rtā dī ꝙ si eēnt due māe sepate a formis eēnt due dualitates trāscēdētali q̄ nō distinguit ab ipsis. Ad vltimaꝫ dī ꝙ distinctio materie: q̄ mā est distincta a deo idētificat cuꝫ ipsa mā. ¶ Sed circa p̄dctā incidūt aliq̄ parua dubia. Primū vtrū mā ab oī foꝛa sepata sit alicubi. ad qđ breuiter rn̄det ꝙ ipsa nullibi esset: nec diffinitiue nec circūscriptiue q2 ipsaꝫ eē ī loco siue diffinitiue siue circūscriptiue īportat respectū realr distinctū ab ipsa mā. ¶ Sꝫ dices. esto ꝙ sola mā sit. illa adhuc hēbit ptes quaruꝫ q̄libet distinguunt a mā. ⁊ mā distinguetur ab illa. ¶ Rn̄deo ꝙ distinctio qua mā distinguit a suis ptibus est eadē ipsi māe. ¶ 2^m dubium vtrū esset mobilis ad aliqđ vbi. dī ꝙ sic in potētia remota: sed nō in potentia ꝓpinqua ⁊ h̄ ab agēte extrinseco naturali. ¶ 3^m dubiū. vtrum mā ab oī forma sepata hēret partes. Rn̄deo ꝙ sic. ⁊ ꝙ eēt diuisibilis in potentia remota. Et ex isto sequit ꝙ ipsa adhuc cōponeret ex suis partibus. ⁊ sic non esset ens simplex.

alia dubia circa p̄dcā incidētia.

Scđa difficultas.

Tertia difficultas.

Dubitatur 2° vtrū tā substātie corporee q͡ꝫ īcorpee sint cōposite ex mā ⁊ forma. Rn̄deo p̄mo ꝙ substātie īcorporee sunt substantie simplices put ly simplex opponit cōpositioni phisice ex mā ⁊ foꝛa. Et ex isto sequit p° ꝙ lꝫ substātie simplices seu incorporee sint cōposite ex realitate ⁊ realitate: puta ex realitate gn̄is ⁊ drīe. ⁊ ēt ex realitate spēi et drīe indiuidualis: que aliq̄n vocat mā. tn̄ non sunt cōposite neq͡ꝫ hn̄t mām capiēdo mām pro altera parte cōpositi susceptiuā forme sub̄alis. Sequit 2° ꝙ substātie incorporee nō hn̄t p̄n^m intrinsecū sue corruptionis: q2 nulla sub̄a simplex hꝫ tale p̄n^m: sed solū cōpositū ex mā ⁊ forma. nā mā dī illud quo res pōt eē ⁊ nō eē. ⁊ manet in gn̄atione ⁊ corruptione. ¶ Et si q̄s petat aliqđ dubium.

Aliud dubiuꝫ de substantijs corporeis ⁊ incorporeis.

q̄re est ꝙ mā est illud quo res pōt eē ⁊ non esse. ¶ Rn̄det ꝙ rō est q2 est capax alicui⁹ foꝛe quaꝫ non hꝫ que opponit illi quā hꝫ. ¶ Dico tertio ꝙ in gn̄atione nāli semp aliqđ corrūpit. ⁊ aliqđ gn̄at. ⁊ semp aliqđ manet. s. sub̄m seu ipsa mā. ¶ Dico q̄rto ꝙ q̄n ex opposito fit oppositū: oppositū nō manet. sed bn̄ manet aliqđ cōe ipsis. s. mā. vt q̄n ex aere fit aqua: aer nō manet: sed bn̄ mā eius sub foꝛa aque. Et si q̄s dicat totū pōt ꝯuerti in totū. ergo in gn̄atione non opꝫ aliqđ manē. Rn̄deo ꝙ lꝫ hoc bn̄ possit fieri: tn̄ hoc nō est per gn̄ationē. sed per trāssubstātiatōnē: vt in sacro altaris in quo tot⁹ panis trāssubstātiat in corpus xp̄i que trāssubātio nō dī ꝓprie mutatio. q2 in mutatione subꝫ dꝫ sp manē sub vtroq͡ꝫ termino. mō nihil ibi panis manet neq͡ꝫ mā neq͡ꝫ forma. ¶ Et si q̄s dicat gn̄atio ē mutatio hui⁹ toti⁹ in hoc totū vt dī p° de gn̄atione. ergo in ipsa nō opꝫ aliqđ manē. Rn̄deo ꝙ est mutatio hui⁹ toti⁹ in hoc totū sub̄o manēte eodē: puta mā. iđ in illa diffinitione nō capit ly toti⁹ sincathegorematice. ¶ Et si q̄s arguat ꝯ p̄mā ptē: puta ꝙ sub̄e simplices seu īcorpee sint cōposite ex mā ⁊ forma: q2 quecūq͡ꝫ ꝯueniunt in aliquo cōi ꝯueniūt in p̄ncipijs illius: sed sub̄e corpee ⁊ incorpee ꝯueniūt in sub̄a. g͡ conueniūt in mā ⁊ formā que sunt p̄n^a ei⁹. Itē cuicūq͡ꝫ cōueniūt ꝓprietates materie in eo reperit mā: sed substātijs sepatis ꝯueniunt ꝓprietates māe que sunt substare ⁊ subijci ⁊ recipe accidētia. ¶ Ad primā dī ꝙ mā ⁊ forma non sunt p̄ncipia sub̄e in cōi. sed substātie corpee. ¶ Ad secundā dī ꝙ substare forme substātiali est bn̄ ꝓprietas materie: sed substare accidentib⁹ nō est proprietas adequata materie.

alia difficultas.

Argm̄ contra p̄mam parteꝫ.

Solutō predcōruꝫ dubioꝝ.

Dubitatur tertio vtrū mā prima sit primuꝫ sub̄m vniuscuiusq͡ꝫ ⁊ vtrū potētia materie sit realr distincta ab ipa mā. ¶ Pro solutione p̄me partis supponit ꝙ diffinitio materie dꝫ sic intelligi. mā prima est sub̄m vniuscuiusq͡ꝫ supple rei gn̄abilis. ex q̄ supple subiecto fit aliqđ cū insit. i. remanēte in cōposito nō s̄m accn̄s queadmodū est ꝑuatio que nō manet in toto cōposito ꝓp qđ dī p̄n^m per accidēs. Vn̄ mā est primū subiectū: ex quo res gn̄abilis gn̄at: ⁊ in qđ corruptibile cū desinit eē corrumpit. Et ex istis pꝫ ꝙ phs nō vult hr̄e ꝙ mā sit subiectū inhesionis oīuꝫ formaꝝ tā accidentaliū q͡ꝫ sub̄aliuꝫ cū sint multa accidētia saltem spūalia que in ipsa nō recipiunt. ⁊ forte ēt multa corpalia. Vn̄ nō imaginor ꝙ albedo petri immediate recipiat in materia prima: sꝫ in corpe qđ iaꝫ non est in mā prima nihilominus tamē pōt dici ꝙ oīuꝫ formaꝝ corporaliū siue substātialiū siue accidentaliū materia est sub̄m p̄muꝫ

alia difficultas de mā prima.

Intellectus diffinitōis māe.

idest pncipale: sed hoc nolebat hře phs. sed q̃ mã est subiectũ vniuscuiusq3 supple rei generabilis. ¶ Et si q̃s dicat multe sunt res gñabiles quar

Alia qõ

nõ sunt subiecta: vt hõ gñaf. ꝛ tñ mã nõ est subiectũ hoĩs cũ hõ nõ fit in subo. Rñdeo q̃ l3 mã nõ sit subm hoĩs vel alicui⁹ toti⁹ geniti. ẽ tamẽ subm forme eius. Pro scđa pte supponit q̃ duplex est potẽtia. Quedã est actiua que est pñm trãsmutãdi aliud inquãtũ aliud. Alia est passiua q̃ est pñm trãsmutãdi ab alio ĩquãtũ ab alio

Potentia ẽ duplex.

¶ 2° supponit q̃ hoc nomẽ potẽtia est nomẽ relatiuũ ĩportãs ordinẽ ad actũ cui⁹ abstractatũ ẽ potẽtialitas p quã aliqd dĩ potẽs actiue vel passiue. actiue si sit principiũ effectiuũ passiue si sit principiũ receptiuũ. ¶ Tertio suppõit q̃ ipsius mãe duplex ẽ potentia. s. actual' ꝛ aptitudinalis. Aptitudinalis ẽ q̃ mã nota est recipe formã. ꝛ ipsi⁹ mãe respectu oĩu3 formar ẽ tm̃ vna potẽtia aptitudinalis. S3 de potẽtia actuali ipsius mãe diuersi sũt modi dicẽdi. dicũt aliq q̃ ipse potentie materie respectu formar nõ sunt aliud q̃ ipsa mã. aliȷ dicut q̃ sunt relatiões reales ĩ pdicamẽto relatiõis: ꝛ sunt tot quot sunt forme recipiẽde in mã. S3 ista opinio est falsa. ꝛ 3 eã arguit nulla relatio realis siue intrinsec⁹ siue extrinsecus: destruit pp põnẽ3 sui termini sed iste potẽtie actuales destruunt aduenietib⁹ formis igit. Itẽ mir ẽẽt q̃ tales relatiões eẽnt reales ꝛ tñ multoties sui termini. s. forme recipiẽde in illa mã sũt pur nihil alter. ḡ dĩ q̃ ista potẽtia actualis nõ est nisi ordo prioritatis ipi⁹ priuatiõis ad formã. nã priuatio forme pcedit ipsã formã ĩ mã: ꝛ talis potẽtia actualis fundat in priuatõe ꝛ terminat ad formã pducẽdã in illa mã q̃ ẽ purũ nihil: iõ talis relatio nõ ẽ nisi respectus rõnis ꝛ sunt tot quot sunt priuatiões ĩ mã ꝛ abyciunt abiectis priuatiõibus que sunt eor fundamẽta. Et hec de secundo articulo.

Potentia mãe est duplex.

Predicte opinionis ꝑrobatio.

Quantũ ad tertiũ sit 9clusio responsiua mã seclusa. oĩs forma ẽ ens in actu existẽdi ꝛ appetit formã q̃ caret. ¶ Ad rõnes ante oppositũ. ¶ Ad pmã dĩ q̃ mã est ens in potẽtia subiectiua. l3 nõ ĩ potẽtia obiectiua. Dico vlteri⁹ q̃ l3 mã nõ sit qd. i. hoc aliqd tñ ẽ ps substãtie. ¶ Ad scđaz p3 solutio. in alia questione. ¶ Ad tertiã ꝛ quartã p3 solutio. ¶ Ad qntã dĩ q̃ duplicia sunt 3ria quedã sunt positiua ꝛ in illis vnũ nõ ẽ rõ appetẽdi reliquũ. Alia sunt puatiua ꝛ in illis vnu3 bñ põt eẽ ratio pp quã aliquid appetit reliquũ. ¶ Textus.

Conclusio rñsalis.

Orum que sunt: alia sũt ã nã. alia vo pp alias cãs: nã quidẽ aĩalia q̃cũq3 ꝛ ptes ipor ꝛ plãte ꝛ simplr: ꝛ corpa. vt terra ꝛ ignis ꝛ aer ꝛ aq̃. hec eni eẽ ꝛ hmõi ã nã dici mus eẽ. oĩa aũt que predicta sunt videntur dr̃ia ad nõ nã existẽtiã que qdẽ eni nã sunt oĩa vidẽtur habẽtia in seipsis pncipiũ motus ꝛ status. ꝛ hec qdẽ ẽm locũ: illa vero ẽ3 augmentũ ꝛ decremẽtũ q̃dã ẽ3 alteratiões3.

Entiũ diuisio.

Dr̃ia inter entia naturalia et artificialia.

Iste est scđs liber phisicor in quo phs determiat de pncipiis ꝛ cãis rerũ nãliu3. Et diuidit ĩ sex tractatus. ¶ In primo ostẽdit quid sit nã ꝛ diuidit in tres ptes. ¶ In pª parte ponit vnam diuisionem entium: dicens q̃ entium. Quedam sunt naturalia ꝛ quedam artificialia que fiunt mediante arte. Et dicit q̃ talia differunt inter se: quia entia naturalia habent principium sui motus ꝛ quietis. Sed artificialia inquantum sunt artificialia non habet in se principium sui motus ꝛ quietis. licet possint habere inquantum naturalia. Ex his infert diffinitionem nature dicens. Natura est principium ꝛ causa mouendi ꝛ quiescendi ei⁹ in quo est primo: ꝛ per se ꝛ non ẽm accidens. ꝛ dicit non ẽm accidens: quia accidit medico sanari ꝛ habere principium effectiuum sue sanationis: quia per tale non inclinatur ad susceptionem sanatiõis l3 per ipm disponatur ad sanandu3. ¶ In scđa parte ostendit quid est habẽs naturam: dicens: q̃ habens naturã dicitur habens pñm sui motus ꝛ quietis per se primo ꝛ nõ ẽm accidẽs. Et subdit q̃ taz natura q̃ habẽs naturã est substantia. ꝛ quedã natura est subiectũ. s. materia. ꝛ quedã est in subiecto. s. forma. Cõseqnter ostẽdit quid. est ens ẽm nã3 dicẽs q̃ ens ẽm naturã est qđ inest enti habenti naturã queadmodũ sunt qualitates consequentes ens naturale. ¶ In tertia pte ponit talẽ conclusionẽ. ridiculũ est tentare ꝛ demonstrare naturã esse. q2 naturã esse ꝛ multa esse entia ã natura est manifestum. ideo non op3 illa demonstrare esse. na3 illi qui hoc faciunt nesciũt iudicare iter cognitum ꝛ non cognitum.

Istius secũdi phisicorum diuisio.

Natur diffinitio.

Quid ẽ habẽs nãm.

Quid ẽ ens ẽ3 nãm.

Cõclosio.

Idebitur aũt nã ꝛ substãtia corum que nã fiunt q̃ primũ inest vnicuiq3 non formatũ per seipsum vt lectuli natura lignũ statue autem es.

Istud est scđm capitulum in quo ostẽdit philosophus de quib⁹ dicitur natura: ꝛ intendit tres cõclusiones. Prima materia est natura. pbat rõne ꝛ auctẽ. Auctoritate: quia omnes antiqui dicebant materiaз esse vnã naturã. Nam aliqui dixerũt ignẽ esse materiam. aliqui aquã aliqui aerẽ. Ratione sic pbatur: q2 materia videt esse tota substãtia rei vt materia lectuli videt eẽ lignũ ꝛ statue es. ergo mã est natura. Aũs pbat duplr. scilz signo ꝛ antiphontis.

De quibus dicitur nã.

tipbõris ꝛ rõe. Signo qꝛ si aliqs lectũ refodiat ꝛ capiat potẽtiã putrescẽdi ita ꝙ germinet: tũc fiet lignũ ꝛ nõ lectꝰ ꝗ ẽ signũ ꝙ lignũ ẽ tota substãtia lecti. ꝛ ꝙ forma solũ sibi ꝯueniat ꝑ accidẽs Rõne sic: qꝛ illud ẽ tota substãtia rei qḋ ꝯtinuo manet sub vtroqꝫ termino trãsmutatõis. ſꝫ mã est hmõi igit. ℭ Scḋa ꝯclusio: forma est natura. Probat tribus rõnibus. Prima illud ꝑ qḋ res nãlis ẽ in actu cõpleto ꝛ ꝑfecto est nã: ſꝫ forma est hmõi. qḋ ꝓbat ꝑ simile: qꝛ artificiale nõ dicit actu artificiale sine forma artificiali: ergo res nãlis nõ dr̃ actu res nãlis nisi ꝑ formã. ℭ Secũda rõ. illud rõne cuiꝰ aliqd generat sibi simile in nã est nã. ſꝫ forma est hmõi. igit. ℭ Tertia rõ: illud a quo aliqd dr̃ nãle ẽ nã: ſꝫ a forma generatio dr̃ nãlis. ergo forma est vere nã. ℭ Deinde ostẽdit incidẽtaliter ꝙ forma ẽ magis nã ꝗ̃ mã: qꝛ illud ꝑ qḋ res nãlis est in actu est magis natura ꝗ̃ illud ꝑ qḋ res naturalis ẽ in potẽtia: ſꝫ ꝑ formã res nãlis est in actu ꝛ ꝑ mãm in potẽtia. igit. ℭ Tertia ꝯclusio priuatio est quodãmõ natura: ꝓbat qꝛ est quodãmodo forma: sed forma est natura: igit. Circa hũc textum.

Utrum res nãles differant ab artificialibus.

Q Ueritur

vtrũ res nãles differãt ab artificialibꝰ per hꝫ qḋ hñt ꝑncipiũ intrinsecũ ꝑ se sui motus. ℭ Arguit p̃rio ꝯ suppositũ: qꝛ res artificialis ẽ res nãlis ꝛ ecõtra. ergo nõ differt. añs pꝫ qꝛ oẽ cõpositũ ex mã ꝛ forma est nãle: ſꝫ res artificialis ẽ hmõi: igit sicut scãnũ ẽ res nãlis ꝛ res artificialis. ℭ Scḋo sic arguit: nõ oĩs res nãlis hꝫ principiũ intrinsecũ sui motꝰ: qꝛ grauia ꝛ leuia que sunt res naturales mouent a generãte ex se xto huiꝰ. ſꝫ generãs est extrinsecũ eis: igit. Etiã celũ mouet ab itelligẽtia q̃ ẽ sibi extrinseca: igit. ℭ Tertio sic arguit oẽ qḋ mouet ab alio mouetur ex. 7. huiꝰ ergo naturalia nõ habẽt in se ꝑncipiũ sui motꝰ: pꝫ ẽt de motu corruptiõis vbi ꝯrium corrũpit aliud. ꝛ tñ vnum ꝯrium nõ ẽ alteri intrinsecum. ℭ Quarto sic arguit. res artificiales hñt principiũ intrinsecum sui motꝰ saltem passiuũ cũ hẽant mãm ꝛ formã: vt materia statim est nata moueri deorsum. ℭ Quinto sic arguitur figura acuta est principiũ mouendi ꝛ figura lata est principiũ quiescẽdi: vt corpus latum supnatat ꝛ quiescit: ꝛ corpus acutũ mouet deorsuꝫ. ergo figura que est ab arte est ꝑncipiũ motus sui vel quietis: ꝛ ꝑ ꝯñs artificialia inquãtũ artificialia habẽt in se ꝑncipium sui motus. Item securis que est ab arte hꝫ ab arte ꝙ sit diuisiua ligni. Similiter orologiũ ẽ ens artificiale. ꝛ tñ nõ hꝫ intra se ꝑncipiũ sui motus. In oppositũ est philosophus in textu. In q̃õne sicut in ceteris erunt tres articuli. Quãtũ ad primũ.

Sciendũ

est p̃rio ꝙ ꝑ ꝺclaratõe q̃õnis põit hec suppõ. Ens nãle in ꝓposito capit pro ente cõposito ex mã ꝛ forma sbali. ℭ Deinde ponunt aliq̃ distinctiões. Prima: duplex est agẽs nãle: qḋdam est aiatũ quẽadmodũ sunt aialia ꝛ plãte. Aliud est inaiatũ ꝛ est duplex: qꝛ qḋdã est corpus simplex vt sunt elemẽta. Aliud est mixtũ vt lapis. ℭ Scḋa distinctio. triplex est motus: qdaꝫ ẽ nãlis: quidã violẽtus: ꝛ quidã neutral'. Et ad istoꝝ cognitionẽ est aduertendũ ꝙ mobile hꝫ duplicez respectũ: vnũ ad formã quã recipit. ꝛ aliũ ad agẽs a quo recipit illã formã: ꝛ rõne huiꝰ sibi insunt due ꝓprietates. s. nãlitas ꝛ supnaturalitas. vñ q̃cunqꝫ aliqḋ receptiuũ alicuiꝰ forme recipit illã formam ab agente qḋ natũ est imprimere illã formã tali passo. tunc est ibi nãlitas saltẽ ex parte agentis. sed qñ recipit formaꝫ ab agente qḋ nõ natum est imprimere illam formã in tali passo. tunc est ibi supnaturalitas. ꝛ nullo modo violẽtatio: sed respectu forme quã mobile recipit sibi insunt tales ꝓprietates. s. nãlitas violentatio ꝛ neutralis. Pro cuiꝰ declaratiõe ponunt tres regule. ℭ Prima quãdocũqꝫ mobile inclinat naturaliter ad formã quã recipit: talis motus est nãlis. Ex quo sequit ꝙ mã sub nulla forma violentat cũ inclinet ad quãlibet formã recipiẽdam. ℭ Scḋa regula quãdocũqꝫ mobile nãliter inclinat ad formã ꝯriam forme quã recipit, motus per quẽ acquirit illa forma est violẽtus. ℭ Ex quo sequit ꝙ aqua violẽter recipit caliditatẽ cum nãliter inclinet ad formã sibi oppositam. s. ad frigiditatẽ. Si tñ cõparet ad ignẽ qui natꝰ est causare caliditatẽ in tali aq̃: tunc recipet nãliter: sed si ad deũ supnaturaliter illã recipet. ℭ Tertia reg'la quãdocũqꝫ mobile nõ magis inclinatur ad formã quã recipit ꝗ̃ ad eius oppositũ: tũc motꝰ per quẽ acquirit talis forma est neutralis sicut sũt motꝰ ꝑ q̃s acq̃runt forme artificiales. Uñ lapis nõ magis icliat ad formã mercurij ꝗ̃ ad formã iouis. ℭ Ex istis sequit p̃rio ꝙ nulla corruptio ẽ nãlis saltez ex ꝑte passi cũ nihil nãliter inclinet ad sui corruptionez. ℭ Sequit scḋo ꝙ nullus motꝰ deꝑditiuꝰ est nãlis saltem in ordĩe ad formã. qꝛ nullus talis hꝫ pro termĩo formaꝫ ad quã naturalr̃ inclinatur.

Suppositio declarãs ꝑ dictã distinctionez.

Agẽs naturale ẽ duplex

Motꝰ ẽ triplex.

Regule ꝑdicta declarãtes.

Scḋa regula.

Tertia regula.

Conclusiones ꝺ ꝑdictis.

Sciendũ

est scḋo ꝙ ꝑ maiori declaratione supponit adhuc ꝙ duplices sũt motꝰ. Quidã sũt ãtecedẽtes rẽ nãlẽ sicut est gñatio. Alij vo sunt ꝯsequẽtes rẽ nãlem qꝛ ꝑsupponũt mobile ee ꝑductũ. vt alteratio ꝛ loci mutatio. ℭ Sed restãt aliq̃ difficultates. Pria vtrũ oẽ ens nãle habeat i se ꝑnꝰ intrinsecũ actiuũ sue gñatiõis ꝛ corruptiõis Pro cuiꝰ solutiõe supponit ꝙ duplex est gñatio. Quedã est actiua ꝑ quã aliqd dr̃ gñare. Alia est passiua ꝑ quã aliqd dr̃ gñari. Hoc supposito dr̃ p̃rio ꝙ omne gñans hꝫ ꝑnm intrinsecũ actiuũ sue gene

Motꝰ iterũ sũt duplices.

Alie difficultates.

rõnis actiue qđ est forma sbalis que est sibi itri/seca. Dr̃ scđo ꝙ nullũ ens nãle hʒ pñm actiuum sue gñatiõis passiue. i. nõ hʒ pñm per quod generet se. Dr̃ tertio ꝙ corpa simplicia nõ hñt in seipsis pñm actiuũ sue corruptõis. cũ sint eiusdẽ rõnis in suis ptibus: lʒ mixtũ diuersaꝝ ptiũ bene hʒ pñm actiuũ sue corruptiõis de quo alias magis dicet. ¶ Scđa difficultas: q̃liter est itel/ligẽda diffinitio nãe posita in textu. Pro cuius solutione supponit ꝙ ibi ponit pñm ⁊ cã ad maiorẽ expressionẽ. Dicũt tñ aliq ꝙ dr̃ pñm ad denotandũ ꝙ nã est prior illo cuius est nã. Et dicitur cã ad denotandũ ꝙ res nãles depẽdent ab ea. ⁊ dr̃ mouẽdi ⁊ qescẽdi. i. motus ⁊ qetis. Et dr̃ primũ pncipale ad remouendũ prinª minꝰ pncipalia ⁊ instrũalia. sicut sunt qualitates ⁊ alia hmõi. Dr̃ per se ad remouendũ cãs per accñs. sicut sunt casus ⁊ fortuna que sunt cãe per accidens. Dr̃ notãter ⁊ nõ ſm accñs: ad remouẽdũ aliqua pncipia qbus res nãlis mouet. que tamẽ non insunt illi rei nãli nãliter. vt leuitas est forte pncipale motiuũ vaporis sursum. sed q2 nõ est vapori nãle. sʒ accñtale ⁊ discõueniẽs nõ dr̃ nã eius. Dr̃ notãter eius in quo est. q2 respectu motus extrinseci non dicitur natura.

Intellectꝰ diffinitiõis nature.

Sciendũ

est tertio ꝙ nã ſm Scotum in quolibeto. q. xvij. capitur multis modis: vno mõ capit large vt se extẽdit ad omne ens vel oẽm entitatẽ. ⁊ sic dicimus nã hois. nã Petri. i. entitas vel rõ Petri capit etiam sic: vt se extendit ad nõ ens queadmodum dicimus nã negationis: ⁊ sic nõ capit hic. Alio mõ capit nã put distinguit ꝯtra libertatẽ. ⁊ sic dico ꝙ nã ⁊ libertas sunt prime dñe agẽtis seu principij actiui. ita ꝙ oẽ agẽs vel est agẽs naturale vel agẽs libeꝝ. ⁊ isto mõ capiẽdo nãm itellectus respectu sui actus dr̃ natura ⁊ voluntas dr̃ ppositũ. Ex quo sequit ꝙ oẽ agens quod nõ agit per volũtatem ⁊ artẽ dr̃ agẽs nãle. ⁊ omne agens qđ agit per volũtatẽ ⁊ artem dr̃ agẽs liberum vel ſm ppositũ. ¶ Et si quis dicat agẽs ſm ppositũ vel ſm voluntatem dʒ dici agẽs nãle respectu ẽt eiusdẽ actus qa nunꝗ̃ aliqd agit ſm ppositũ quin etiã agat ſm intellectũ: modo intellectus est nã vt dictũ est. ¶ Rñdetur ponẽdo talẽ regulã ꝙ qñ voluntas concurrit cum intellectu: vt in pductione artificialiũ totũ dicit produci libere: ⁊ ſm agens libeꝝ seu ſm ppositum: q2 volũtas est pncipale ⁊ imediatũ prinm illius pductionis extrinsece. Etiã qñ voluntas agit cũ aliqua poª inferiori sicut sensitiua q̃ vtitur dr̃ libere agere a pncipali agente. lʒ actio vt est huius scʒ ~~intellectus~~ fit per modũ nãe tamẽ qa totũ subiacet voluntati dʒ dici libere agere a principali agẽte. ¶ Ex istis sequit ꝙ est alius modus agẽdi ipsius intellectus ⁊ ipsius voluntatis: nã intellectꝰ agit per modũ nature ⁊ volũtas agit libere: ⁊ hoc si accipiat in rõne potẽtie nam si acciperet in rõne obi ageret p modum nãe. ⁊ per hoc soluitur argumentum ockam.

Natura dr̃ mo/dis ca/pit scđʒ Scotũ.

Sciendũ

est quarto ꝙ de ipsa nã incidunt adhuc aliq̃ difficultates. Prima vtrũ nãm eẽ sit demõstrabile. Rñdetur breuiter ꝙ si ly est dicat aptitudinẽ tunc est demõstrabilis per diffinitionem ipsius nãe ⁊ sic non videt cepisse Aristoteles neq3 vsus loquẽtiũ sic capit ly est secũdũ adiacẽs: q2 tunc videret ꝯcedi ista antixps est. Alio mõ capit ly ẽ vt dicit actum seu actualẽ exñtiã ⁊ adhuc dico ꝙ põt demõstrari demõstratiõe nãli. ad quam sufficit pcedere ex notioribus ⁊ sic demõstrat. si pñm pncipale mouẽdi ⁊ qescẽdi est: nã est: sʒ nã est pñm pncipale mouẽdi ⁊ qescẽdi: ergo natura est. ¶ Et si qs dicat q̃re ergo dicit Aristoteles in textu eam ẽẽ indemonstrabilẽ. Rñdeo ꝙ ideo vocabat ipsam eẽ indemõstrabilẽ: q2 ẽ manifesta in phia ⁊ q̃si per se nota cum manifestuʒ sit multa entia eẽ nãlia. ¶ Scđa difficultas q̃liter est intelligẽdũ vnũ cõe dictuʒ in quo dr̃ ꝙ natura est determinata ad vnũ. Rñdet Scotus quolibeto. q. ij. nãm determinari ad vnum seu agens nãle põt intelligi dupliciter. vno mõ ad vnum pducibile: ⁊ sic nõ intelligit q2 nã nõ solum specifica. sed vt est in vno singulari põt eẽ pñm pluriũ pductoꝝ sicut ignis pducẽs plres igneos. Alio mõ ꝙ determinetur ad vnũ modũ agẽdi. ⁊ sic intelligit. vñ agẽs nãle sic determinatur ad vnũ modũ agẽdi: q2 passo sibi debite approximato ⁊ nõ impedito necĩario agit sic ꝙ quantũ est de se nõ põt agere neq3 hr̃e modos agẽdi oppositos. ¶ Sed agẽs ſm ppositũ passo sibi approximato ⁊ nõ ipedito põt hr̃e plres actiões ⁊ põt etiã nõ agere vt volũtati approximato volibili ipsa volũtas põt velle vel nolle vl' põt suspẽdere suũ actũ scʒ non velle. ¶ Tertia difficultas q̃liter intelligit ꝙ forma est magis nã ꝗ̃ mã: cũ forma nõ suscipiat magis ⁊ minꝰ cum sit sba. Rñdetur ꝙ non dʒ intelligi ꝙ forma suscipiat magis ⁊ minꝰ: sed ꝙ rõ pncipiãdi ipsius forme est pfectior. ⁊ ꝙ ipsa forma pfectiori mõ principiat ꝗ̃ mã. Et hec de scđo articulo.

Utrum sit dẽmõstrabile nãm eẽ.

Intellectꝰ istius cõis dici nã est dẽterminata ad vnũ.

Quõ intelligit formaʒ eẽ magis nãʒ ꝗ̃ mã.

Quantũ

ad tertiũ dubitat pmo: vtrum prinm in diffinitiõe nãe dicat de pñº actiuo vel de pñº passiuo. Et vr̃ ꝙ dicat de pñº actiuo. q2 dr̃ de illo qđ est cã mouẽdi ⁊ qescẽdi: sed illud est pñm actiuũ: igit. ¶ Sed in oppm arguit: q2 nã dr̃ pñm quo aliqd dr̃ naturaliter moueri: sed mobile nõ dr̃ moueri a pñº actiuo. sed a pñº passiuo: q2 a q̃cũq3 lapis moueat deorsum ſm ille motꝰ est nãlis: igit. Item si diceret de pñº actiuo sequeret ꝙ medicus in quantum medicus per se sanaret. Sed oppositum dr̃

Quõ dr̃ pncipiũʒ i diffinitiõe nature.

tum d' in tertio: igif. ɔña pbaf: q: medicus in/quantū medicus hʒ intra se pnⁿ actiuū sue sa/nationis. Jtē mutatio est nālis qñ passum mu/tatur sicut natū est mutari a quocūqʒ agēte fue/rit: sed nunq̄ passum est sic aptū natū mutari, p/pter pnⁱᵐ actiuū. sed solū ppter pnⁱᵐ passiuum igif. Jtē nā est pnⁱᵐ motus vel mutatiōis: ꝛ est pnⁱᵐ intrinsecum: sed nā est hmōi: rōne pncipij passiui: igif. Et minor etiā pbaf per exᵐ textus accidit eni infirmo vt sanef eē medicū. i. hre ar/tem seu pnⁱᵐ actiuū sanatiōis. ¶ Pro solutiōe

Suppō supponif q pnⁱᵐ in diffinitione nāe d' de pnci/ pdictaʒ pio passiuo. vt pbāt rōnes post opp^m. Et si qs dicat g̃ sequtur q nā nō diceref de forma: q: for/ma nō est pnⁱᵐ passiuū motus. Rñdef qd natu/ra vt est pnⁱᵐ passiuum non solū d' de mā: sʒ eti/am de forma. Uñ lapis nō solū natus est descen/dere deorsum ppter mām: imo magis pp for/mam. Et ponif talis regula q per eādē formaʒ per quam res est hec per illā ꝛ eandē est recepti/ua passionis nāliter ɔñtis nām eiusdē rei. ideo nā vt d' de pnᵒ passiuo d' de forma. Et si quis dicat quid intelligis per pnⁱᵐ passiuū. Rñdeo q per pnⁱᵐ passiuū nō intelligo nisi illud p qd aliquid est susceptiuum alicuiᵘ forme vel motᵘ vel alicuius alterius. Uñ pnⁱᵐ passiuum lapi/dis est illud per qd lapis inclinaf: ꝛ natus est re/cipere motū vel aliquā formam. Et ex isto pʒ q naturalia ꝛ artificialia distinguunf adinuiceʒ per pnⁱᵐ passiuū: q: nālia hñt in se principium passiuum inclinās ad talē vel talē formā. Artifi/cialia vero inquantū artificialia nō hñt in se pn/cipium passiuū inclinās. ad talē incisioneʒ vel talem erectionē. nec hñt aliqd per artē per qd sint susceptiua. vel per qd inclinētur ad talē mo/tum siue hēant aliqd qd sit cā talis motus siue nō. Uñ artificialia vel mouenf ad formā cōtra inclinationē nālem: ꝛ tūc violēter mouenf. vel vt sunt in potētia neutra ad taleʒ formā. ꝛ tunc neutraliter mouenf. ¶ Et ex isto etiā pʒ qualif intelligif diffinitio violēti in qua d' violentum est cuius pnᵐ est extra nō cōferente vim passo. que dʒ exponi nō ɔferēte vim. i. iclinationē ad talē formā sed magis oppⁱᵐ. Et istud vult habe/re Scotᵘ. ꝛ ē oia dicta di. xviij. scdi.

Dubitatur scdo vtrū in gñabilibᵘ ꝛ corruptibilibᵘ sint ponē/de rōnes seminabiles. ¶ Pro cuiᵘ solōne sup/ponif pᵒ q eoꝝ que gñanf. Quedā gñanf eq/uoce. Quedā vero vniuoce. Uñ illa dñr gñari equoce qñ gñans ꝛ genitū dñt specie spālissi/me. Sed illa dñr gñari vniuoce qñ gñans ꝛ ge/nitū sunt eiusdē speciei spālissime. Jtē generan/tia vniuoce sunt duplicia. Quedā generāt im/mediate vt ignis gñat ignē. Quedaʒ mediate vt bos mediāte semine generat bouē ꝛ hō ho/

minē. Scdo supponif q semē sic diffinif. Se/men est corpus iperfectū pductū a gñante cu/ius forma nō est itēta per se. sed p̄alteꝝ vt. s. ge/nereť ex ipso aliqd fine generanti. Uñ in nā du/plex est pcessus. vnus est gñatiuus in q̄ pcedif ab impfecto ad pfectū. vt a pductiōe semis pce/dif in formā sanguis. ꝛ a forma sanguinis ad formā embrionis. ꝛ post ad formā specificam. Alius est corruptiuᵘ a q̄ fit recessus a forma spe/cifica ad formā cadaueris seu corporeitatis qd idē est. Et in tali spcedif a pfecto ad impfectū. ¶ Tertio supponif: q rō seminalis nihil aliud est q̄ forma sbalis seminis. vł q̄dā q̄litas neces/sario ɔñs formā sbalem seminis que est via ad vlteriorē formā sicut forma tritici in tritico vel q̄litas ɔñs formā sbalem eius. Et ex isto sequif q nec semē nec rō seminalis sunt coeq̄ ipi mãe q: semen fit ex nutrimēto in quo forma est rō se/minalis sicut in sbo. ¶ Sed quereret aliqs vtruʒ semē sit pnⁱᵐ actiuū gñationis seu vltime for/e. Dico breuiter q non. ꝛ h̄ si sit semen vniforme qd dico ppter semē maris qd agit in semē mu/lieris. semē tñ vniforme ex quo fit res qd scʒ de/cisum est a generāte siue sit pris siue mris nō ē pnⁱᵐ actiuū gñatiōis quod pōt multiplr pbari. Primo q: in instāti in quo pducif forma sbalis corpeitatis semē corrūpif. ergo in illo istāti nō pducit. Et si dicaf: q est pnⁱᵐ duʒ est. hoc nihil valet: q: semen est aliqd de primo ɔuenibile i illud qd dʒ generari. Si vlteriᵘ dicaf q semen agit in rōne descidētis ꝛ nō in vtute ppa. Hoc ēt nihil valet: q: pōt eē q descindēs semē sicut pr sit mortuus qñ illa forma corporeitatis gña/tur. ¶ Et ex isto seqtur q nullum semen nec ali/quid in semine est pnⁱᵐ actiuū gñationis vel vl/time forme. ¶ Et si quis dicat: est ne talis gña/tio a patre? Dico q nō. q: patre nō exñte filius generatur. vtruʒ a forma celi. Dico q nō: quia multa viuētia sunt pfectiora forma celi. vtrum ab angelo. Rñdeo q nō: q: angelus nō agit ni/si mediāte motu. Relinqtur g̃ q a deo fit talis gñatio. Et si qs dicat: g̃ pr nō dʒ dici pr cuʒ nō pducat talē formā. ¶ Ad istud ponūtur alique ppositiōes. ¶ Prima mulier est vere pnⁱᵐ pdu/ctiuū fetus. ꝛ attingit formā sbalem corporeita/tis: sed vir nunq̄ illā attingit: q: talis pōt pdu/ci vbi pr mortuᵘ est. ¶ Scda ppositio: hoc nō obstante vir d' generare pleʒ. q: descidit semē qd qdē semē alterat semen mulieris cum q̄ vni/tur. scdo. q: filiᵘ est de sba pris. pater enīʒ mini/strat sbam scʒ semē ex quo cū semine mris ge/neraf filius: ꝛ certe nihil plus facit pater q̄ de/scindere semen. ¶ Et si quis querat qs eoꝝ vł pr vł mr dr pncipalsᵘ agēs pt dici q̄ñ ad pmā actioneʒ q̄ est descindere semē q pater. d' prin/cipaliᵘ agēs. sed quātū ad alias actiōes sequen

Marginal notes (printed): Suppō; pdictaʒ difficul; taté sol; uens. — Quid ē prinⁱᵐ passiuū lapidis. — Nālia ꝛ artificialia quo mō di/stingun/tur ad i/uicem. — Intelle/ctus dif/finitōis violēti. — Eorū q̄ gñanf diuisio. — Semi/nis dif/finitio. — In nā ē duplex pcessus. — Quid ē rō semi/nalis. — an semē sit prin/cipiū ac/tiuū ge/neratio/nis. — Alique ppositi/ones ꝺ pdictio.

semp: qdā frequēter. ꝛ qdā ex̄ sp: ꝛ frequenter. ℂ 2ª diuisio eoꝝ q̄ fiūt. qdā fiunt pp aliqd seu pp finē. alia non fiunt pp finē. ℂ 3ª diuisio eoꝝ que fiunt pp aliqd siue pp finē qdā fiunt a ꝓpo-sito ꝛ qdā a nā. ℂ 4ª diuisio cāꝝ: qdā sunt cāe p se ꝛ qdaꝫ per accñs. vt domificatoꝛ est cā per se domꝰ. ꝛ albū est cā per accñs. Et ponit talem dr̄iam iter cās per se ꝛ per accñs: q2 cāe p se sūt finite. sed per accñs īfinite. īfinita eni vni ꝯtin-gūt. ℂ pª ꝯclusio. casus ꝛ fortuna sunt aliquid q2 sunt cāe eoꝝ que fiūt ex̄ sp ꝛ frequēter. qḋ ꝓ-bat dupl'r. pº sic: q2 casus ꝛ fortuna nō sunt cāe eoꝝ q̄ fiūt sp: nec eoꝝ q̄ fiūt frequēter. ḡ sūt cāe eoꝝ que fiūt ex̄ sp ꝛ frequēter. 2º: q2 oēs di-cunt illa que fiūt ex̄ sp ꝛ frequēter fieri a casu ꝛ fortuna: igit. ℂ 2ª ꝯclusio: casus ꝛ fortuna sūt in illis q̄ fiūt raro: sicut reportatio pecunie ꝺ foro a debitore quē qs nō fuerit opinatꝰ reperi-re fit raro: ḡ casus ꝛ fortuna sunt i his q̄ raro ac-cidūt. ℂ 3ª ꝯclusio. fortuna est in his q̄ fiūt ꝫm ꝓpositū: ꝛ nō i his q̄ fiūt a nā: q2 oīs illa cā q̄ nō est de numero cāꝝ nālr agētiū: ē cā ꝫꝫ ꝓpositū: ſꝫ fortūa ē hmōi: igit. ℂ In 2ª pte ponit ali-qs ꝓpetates ipsi fortune: qꝝ pª est. fortuna est īfinita. h̄ est īdeterminata: q2 cā a q̄ ꝓuenit effe-ctꝰ fortuitꝰ est īdeterminata: eo q̄ multis mōis variari pōt. ℂ 2ª ꝓpetas. fortuna ē q̄dāmō im-manifesta. q2 illō in agibilibꝰ pōt dici imanife-stū qḋ rōne practica apphēdi nō pōt: ſꝫ fortuna est huiusmōi: igit. Nō est tñ itelligēdū qḋ ipsa sit simpl'r ignota: ſꝫ sic est ignota q̄ ignoramus qs effcūs ab ea ꝯtingēter ꝓducat. ℂ Remouet deinde vnū dubiū. qs eni posset q̄rere de qbus cāis per accñs sit fortuna. Pro cuiꝰ solōne dicit q̄ duplices sunt cāe per accñs: qdā sunt q̄ nihil operant ad eē effcūs: sicut depilatio capitis est cā per accñs sanitatis. tñ illa nō facit manifeste ad sanitatē. alie sunt cāe per accñs q̄ aliqd ope-rant ad eē effcūs: sicut calefactio p solē ꝛ frige-factio per vētū sunt cāe per accñs sanitatis ꝛ tñ aliqd pñt facē ad sanitatē cāndo aliquā altera-tionē. ℂ Tūc respōdet phs q̄ fortuna est ꝺ cau-sis per accñs que aliqd operant ad eē effcūs: q̄ s. remota nō plus sequeret effcūs. ℂ In 3ª par-te ponit diuisionē fortune dicēs q̄ fortuna diui-dit in bonā ꝛ malā. bona fortuna dr̄ q̄ aliqḋ bo-num euenit preter itētionē. Sed mala fortuna dr̄ qñ aliqḋ malū euenit preter intētionē. ℂ Di-uidit ēt fortuna. q2 q̄dam dicitur eufortunium quedam vero diffortunium eufortuniū est quā-do aliqḋ magnū bonū euenit ꝑter itētū: sed dif-fortuniū dr̄ qñ malū euenit ꝑter itētū. Et dicit q̄ nō solū qñ magnū bonū vel magnū malum euenit dr̄ eufortuniū vel diffortuniū. sed qñ eue-nit aliqd qḋ est ꝓpe magnū bonū vel magnuꝫ malū: q2 itellectꝰ accipit illō qḋ ē ꝓpinquꝰ ad

habendū tanq̄ si esset iā habitum. Qḋ eniꝫ pa-rum distat: nihil distare videtur.

D Afferūt aūt casus ꝛ fortuna qm̄ ca-sus i amplꝰ est a cāu hic autem nō omnis a fortuna est.

f Istud est tertiū capl'ꝫ in quo phs oñdit dr̄iam iter casum ꝛ fortunā. ꝛ diuidit i duas partes. ℂ In pª ponit dr̄iam iter casum cōiter dcm̄ ꝛ fortunā: dicēs q̄ casus dif-fert a fortuna eo q̄ casus est in plus q̄ fortuna. q2 q̄cqd fit a fortuna fit a cāu. sed nō eꝯ. dr̄ia pꝫ q2 fortuna fit solū in his q̄ fiūt ꝫm ꝓpositū. ſꝫ ca-sus nō solū fit in his que fiūt ꝫm ꝓpositū. igit maioꝛē ꝓbat. q2 fortuna fit solū in his in qbus accidit bn̄ vel male agere: sed h̄ solū fit in his q̄ fiūt a ꝓposito: igit. ℂ Ex qbꝰ infert q̄tuoꝛ coꝛre-laria. ℂ pm̄ qbꝰ nō cōuenit opari a ꝓposito: in his nihil fit a fortuna. ℂ 2m̄ coꝛrelariū: nec in-aiatū nec bestia nec ifans aliqd faciūt a fortuna ℂ 3m̄ coꝛrelariū in his q̄ ꝓpositū nō hñt nō est fortuna nisi ꝫ silitudinē queadmodū dicebat ꝓ-tarchꝰ phs lapides eē bn̄ fortunatos ex qbꝰ fiūt are siue altaria: cū illis fiat reuerētia ꝛ lapides aū altare positos valde ifortūatos. ex q̄ pedibꝰ ꝯculcant. ℂ 4m̄ coꝛrelariū: illa q̄ ꝓpositū non pñt: bn̄ pōt pati a fortuna. q2 circa ipa fit aliqd a fortuna. minoꝛē ꝓbat. s. q̄ casus nō solū fit in hñtibꝰ ꝓpositū. Et h̄ tribꝰ signis. ℂ pm̄ si equꝰ veniat de cāpis ꝛ saluet a lupis: h̄ fit a cāu: q2 n̄ veniebat cā saluādi: ꝛ tñ nō hꝫ ꝓpositū. igr̄. 2ꝰ signū. si tripoda cadēs deoꝛsū fiat apta sedes: h̄ fit a cāu ꝛ tñ nō hꝫ ꝓpositū. igit. ℂ 3m̄ signū. q2 casus fit in his q̄ fiūt frustra: fiūt tā in his q̄ fiūt frustra. ſꝫ q̄ fiūt frustra. fiūt tā in his q̄ fiūt ꝫꝫ ꝓ-positū: q̄ꝫ in his q̄ fiūt fine ꝓposito. Et dicit qḋ frustra est qḋ fit pp aliquē finē quē natū est asseq̄ ꝛ tñ nō assequit. vt si qs ambulet cā sanitatis ꝛ nō sanet dr̄ frustra ambulare. ℂ In 2ª pte pōit vnā dr̄iam inter formā ꝛ casuꝫ ꝓp̄rie dcm̄: q2 ca-sus ꝓp̄rie dictꝰ fit solū in agētibꝰ ꝫm nām: sed fortuna fit in agētibꝰ ꝫm ꝓpositum.

g Ed modoꝛuꝫ causarum in quibus est vnum principium motus vter-q̄ ipsoꝛum est.

f Istud est q̄rtū capl'ꝫ hui' tractatꝰ in quo phs oñdit ad qḋ genꝰ reducunt casus ꝛ fortuna. Et ponit tres ꝯclusiones. pª ca-sus ꝛ fortuna sunt cause agētes: qḋ ꝓbat: quia casus est ipa nā. ꝛ fortuna est ipse itellectꝰ ſꝫ nā ꝛ itellectꝰ sunt cāe agētes: igit casus ꝛ fortuna sunt cause agētes. Et ex isto textu eliciūt aliq̄ q̄ nā dr̄ de pncipio actiuo: ſꝫ h̄ nihil valet. q2 non negat qn nā sit pncipiū. ſꝫ dr̄ q̄ nāe accidit eē pncipiū actiuū ꝫm qḋ per ipam mobile nālr̄ remouet. ℂ 2ª ꝯclusio. casus ꝛ fortuna sunt cāe

D

Marginalia (left): Dr̄ia in ter cās p se ꝛ p accñs — Prima ꝯclusio. — Scḋa ꝯclusio. — Tertia ꝯclusio. — Fortūe ꝓprieta tes. — nota — Cāe per accidēs sunt du plices. — Fortūe diuisio. — Alia di uisio e iusdem

Marginalia (right): nota — Dr̄ia in ter casū ꝛ fortu nam. — Capitu li diui sio. — Coꝛrela ria ex ꝑ dictis. — Signa ꝑdicta minoꝛē ꝓ bantia. — Dr̄ia in ter for tunaꝫ ꝛ casuꝫ ꝓ p̄rie di ctum. — Tres cō clusiōes ꝺ eisde ꝫ — Scḋa ꝯclusio

posteriores intellectu ꝛ nã: q: oĩs cã per accñs est posterior cã p se. ſꝫ casus ꝛ fortuna sunt cause per accñs. intellectꝰ õo ꝛ nã sunt per se: igit. ¶ Et si dicat casus ꝛ fortũa sũt itellectꝰ ꝛ nã: cũ ad nãz ꝛ itellꝫm reducãt. mõ idẽ nõ ẽ posteriꝰ se ipso. ¶ Rñ. q licꝫ sint idẽ: tñ ħ nõ ẽ respectu eiusdẽ effectꝰ. q: respcũ effcũs itẽti dr̃ nã. sed respcũ alteriꝰ effcũs nõ intẽti dicasus. ¶ 3ª ꝯclusio. casus ꝛ fortuna nõ sunt cãe p se celi. q: casus ꝛ fortuna sũt posteriores itellectu ꝛ nã. ꝛ ista sunt posteriora celo ğ casus ꝛ fortuna nõ sũt cã celi.

Tertia cluſio.

Quot sũt gñia cãrum.

Que aũt sint cãe ꝛ quot tot sint numero ꝙ dicimus manifestũ est tot enim ſm numerũ propter quid comprehendit.

Capli diuiſio.

Iste est qntꝰ tractatꝰ q̃ ꝯtinet vnicũ capitulũ qȝ diuidit i tres ptes. ¶ In prima ponit talẽ ꝯclusionẽ. ad phisicũ ptinet ꝯsiderare de q̃tuor gñib' cãrũ. ꝛ p eas hꝫ dẽmõstrare. Et subdit ꝙ q̃tuor sunt gñia cãrũ. ꝙ pbat: q: illa sunt cãe reꝝ nãliũ p q̃s rñdet ad q̃ſnẽ factã p pp gd de rebꝰ nãlibꝰ. ſꝫ illa q̃tuor. scꝫ mã forã efficiẽs ꝛ final' sunt hmõi: igit. Minorẽ probat exẽplariter. vt si q̃rat ꝑpter gd linea est recta vel circularis. Rñdet per cãꝫ formaleꝫ: puta q̃a est lõgitudo sine latitudine ꝛc̃. ꝛ capit ibi cã formalis large. Exẽplũ p cãm efficiẽtẽ: vt si q̃rat q̃re isti certãt. Rñdet q: irati sunt. exemplũ per cãm finalẽ. vt si q̃rat q̃re illi pugnãt. rñdet vt dñent. exẽplũ per cãm mãlẽ. vt si q̃rat q̃re hoc est corruptibile. rñdetur. q: est cõpositũ ex ꝯrĩs. ¶ In scdã pte ponit talem ꝯclusio. ad phisicũ ptinet cognoscere q̃tuor gñia cãruꝫ. qȝ ꝓbat: q: phisicus hꝫ cognoscere gñatiões ꝛ corruptiones reꝝ nãliũ: sed ad talia pertinẽt q̃tuor genera cãrum. s. mã que subijcit: forma que acquirit efficiẽs qȝ ꝑducit. ꝛ finis illꝰ generationis qui coincidit cũ forma. ¶ Ex quo subdit ꝙ forma efficiẽs ꝛ finis multotiẽs coĩcidũt ĩ vnũ sed mã ꝛ efficiẽs nõ coincidũt de quo satis visũ est in. q. ꝓcedenti. ¶ Subdit ẽt ꝙ duplicia sunt mouẽtia. s. mouẽtia. mota: q̃ sunt phisice considerationis. ꝛ mouẽtia nõ mota. q̃ nõ sunt phisice ꝯsiderationis vñ illa dĩr mouentia nõ mota q̃ nõ hñt in se ꝑncipiũ sui motꝰ. ꝛ dꝫ intelligi ꝙ illa nõ sunt phisice ꝯsiderationis tanq̃ꝫ entia mobilia hñtia in se ꝑncipiũ sui motꝰ. tñ cum ħ hñt stat ꝙ sint phisice ꝯsiderationis tanq̃ꝫ mouẽtia. ¶ Subdit etiã ꝙ triplices sunt scie: ſꝫ ꝙ sunt triplicia gñia entiũ. nã aliq̃ est scia que ẽ de rebꝰ ſm ꝙ abstrahunt a motu: quedã que est de rebꝰ mobilibꝰ ꝛ corruptibilibꝰ. ꝛ quedã de rebꝰ tam imobilibꝰ q̃ꝫ incorruptibilibꝰ. ¶ Subdit etiaꝫ ꝙ duplex est mouẽs. quoddã est nõ phisicuꝫ sicut primũ mouẽs. ꝛ dr̃ nõ phisicũ: q: in agẽdo nõ repatit. aliȝ est phisicũ in agẽdo repatitur.

Cui pertinet cognoscẽ quatuor gñia cãrum.

Quot sũt mouentia.

Scie triplices ſt.

¶ In tertia pte oñdit modũ p quem contingit phisicũ per oẽs cãs demõstrare dicẽs: phisicꝰ p oẽs cãs hꝫ demõstrare: q: phisicꝰ hꝫ demonstrare per illa que rñdet ad interrogationẽ factaꝫ p pp gd de rebꝰ nãlibꝰ ſꝫ p q̃tuor cãs rñdet ad interrogationẽ factã per ꝑpter quid de rebꝰ nãlibus Minorem relinquit probatam ex prima pte.

Mouẽs est duplex.

Dicendum igit primũ est qm̃ natura earũ que sunt propter hoc causatuꝫ est ꝑterea de necessario quõ se habeat in philosophicis.

Iste est sextꝰ tractatꝰ huiꝰ libri qui diuidit in duo capitula. ¶ In pº ostẽdit qȝ nã agit pp finẽ. Et pº ponit vnã opinionẽ antiquoꝝ dicẽtiũ nãm nõ agere pp finẽ: sed magis pp mãm ꝛ cõditiones mãe. vt si fiãt flores ꝛ folia in plãtis: hoc est q: calidũ natum est ascẽdere. cũ ğ calor si ascẽdat fiũt hmõi frõdes ꝛ flores similiter si in plantis fiãt radices deorsuꝫ ħ est q: frigus descẽdit. Et mouebant duabꝰ rõnibus. Prima. illud nõ fit pp finẽ: qȝ nõ minꝰ fieret si illi fines nõ intenderent. sed sic est ĩ oĩbus effectibus naturalibꝰ. ꝓbat de pluuia quia ipsa nõ fit a nã vt augmentetur frumẽtum. ga dato ꝙ natura nõ intenderet hoc: nihilominus plueret ex necessitate materie: q: ex hoc qȝ ħ sūrius sunt vapores humidi: ꝛ calidi qui ascẽdũt sursum. ꝛ illis eleuatis infrigidant ꝛ cõgelant. quo facto oportet ꝙ descendant ꝛ sic fit pluuia. Probant ẽt de dispõne partiuꝫ animalis respectu salutis: nã dẽtes anteriores licꝫ sint acuti ꝛ ꝙ maxillares sunt lati hoc tñ est ex diuersitate dispositionis mãe ꝛ nõ ꝑpter finẽ. ¶ Scdã ratio. illud ꝑpter qȝ aliqñ accidit vnũ ꝛ aliqñ ꝯrĩum pp neutrũ fit. sed ex hiis que fiunt a nã aliqñ accidit vnũ ꝛ aliqñ ꝯrĩũ. ğ ea que fiunt a nã nõ fiunt ꝑpter finẽ. Minorẽ ꝓbat q: sicut ex descẽsu pluuie: aliqñ accidit augmẽtum frumẽti aliqñ accidit defectꝰ. Probat ẽt de partibꝰ aĩaliũ: q: aliqñ ex tali dispõne priuꝫ accidit salus aĩalis: ꝛ aliqñ corruptio. vñ dicit empedocles aliqñ eẽ factos bouigenas ꝛ aliqñ vipas. s. quosdã qui ex vna pte erãt boues: ꝛ ex alia homines. Et quosdã qui ex vna pte erãt vipere: ꝛ ex alia pte viri. ꝛ statim fuisse corruptos ꝑpter hmõi dispõnẽ partiũ. Ad reprobandũ hãc opinionẽ ponit phs quasdã ꝯclusiones. ¶ Prima ꝯclusio. nã agit ꝑpter finẽ ꝓbat qnq̃ꝫ rõnibus. ¶ Prima. oẽ qȝ fit a natura: fit ꝑpter aliqd vl a casu: sed illa que fiũt per naturaꝫ nõ sunt a casu: cuꝫ fiant semp ꝛ frequenter. igit. ¶ Pro scdã opĩcũdã rõne supponit ꝙ in quibuscunq̃ꝫ est finis anionem tam priora q̃ꝫ posteriora fiũt pp finẽ. tũc arguit reprobã sic. q: illud agẽs agit ꝑpter finẽ qȝ vt plurimũ tẽs attingit finẽ qui natꝰ est hĩri: sed agẽs nãle ẽ huiusmodi:

Antiquorũ opĩo

Rõnes eorũdẽ.

Scdã rõ eorũdem.

Conclusiones pħi ꝓdi

susmodi:igit. ¶ Tertia rõ. sicut est in arte ita ẽ i nã: sed sic est in arte q̃ agẽs agit pp finẽ: ergo sic est in nã q̃ agit ꝓpter finẽ: q2 ars imitat nãz in quãtũ põt: ⁊ aliqñ iuuat nãm: sicut ars colendi terrã preparat terraz pp blada. ¶ 4ª rõ. aĩalia bruta agunt per nãm ⁊ tamen agũt ꝓpter finez ordinando debite priora ⁊ posteriora. sicut ara nea per nãm facit telã ad capiendum muscas. ⁊ yrũdo facit nidũ ꝓpter sui ↄ̃seruationẽ. ¶ Quĩta ratio. forma est finis ⁊ vltimũ generationis. sed agens naturale agit ꝓpter formam: igitur.

Cõclo secũda. ¶ Scd̃a ↄ̃clusio. nõ contingit naturã nõ agere pp finẽ. ꝓpter hoc q̃ in operib' nature contingũt mõstra: q2 licet ars agat ꝓpter finẽ. tñ in suis operationib' ↄ̃tingũt mõstra. Scriptor scribendo deficit etiã medicus dando potionez deficit seu facit monstrũ. Unde monstrũ est peccatũ illi' ꝓpter qd̃ aliqd ẽ. i. nãe agẽtis ꝓpter finẽ.

Tertia ↄ̃clusio ¶ Tertia conclusio. dicẽtes naturã nõ agere propter finẽ destruunt naturaz ⁊ ea que fiũt ẽm naturã probat duabus ratiõib'. Prima illa dicuntur fieri a natura ⁊ propter finẽ que incipiũt ab aliquo principio determinato: sz natura icipiũt ab aliquo principio. igit. ¶ Scd̃a ratio. illud qd̃ ꝓuenit ex actione alicui' semp vel frequẽter est illud propter qd̃ agens agit: sed finis ex actione nature ꝓuenit semp ⁊ frequẽter: ergo natura agit ꝓpter finem.

Quarta ↄ̃clusio. ¶ Quarta ↄ̃clusio. incõueniens est opinari naturã nõ agere ꝓpter finẽ: eo q̃ in suis operationib' nõ deliberat: q̃ ꝓbat: qa ars agit propter finez: ⁊ tñ nõ semp deliberat ergo nõ sequitur q̃ si natura nõ deliberat q̃ nõ agat propter finem. ¶ Sed diceret aliquis: non est simile d̃ arte ⁊ natura: q2 ars agit ad extra ⁊ nã est principium intrinsecuz hoc reprobat phũs q2 illud qd̃ cooperat arti ad vnũ finẽ ↄ̃sequẽdũ ↄ̃uenit cũ arte in hoc qd̃ est agere ꝓpter finẽ.

Un̄ prouenit necessitas. Qd̃ aũt ex necessitate vtrũ ex suppõne existit aut ⁊ simplr̃. nũc qdã opinant qd̃ ex necessitate i gñatiõe eẽ quẽadmoduz vtiqz si aliqs parietẽ factũ eẽ ex nec̃itate existimet.

In hoc vltimo capitulo ostẽdit phs quõ inueniat necessitas i reb' nãlib' ⁊ mouet talẽ qõnẽ. vtrũ necessitas in reb' nãlib' proueniat ex parte finis vl̃ solum ex parte materie.

Opio antiq̃rũ vnd̃ necessitas ꝓueniat. ¶ Dicit q̃ fuit opinio antiquoꝝ q̃ talis necessitas sumitur a materia: q2. s. materia est talis vel talis. vt si aliqs diceret q̃ necesse est domuz vel murũ esse talẽ eo q̃ grauia nata sunt ferri d̃orsuz ⁊ leuia sursuz pp qd̃ lapides qui sunt grauces remanẽt in fundo ⁊ terra supponit tãq̃ leuius. Et in summo ponunt ligna que sunt magis leuia. Et sic existimabant antiqui dispõnes reꝝ naturalium totaliter ꝓuenire ex parte materie.

Concło phi ↄ̃ p̃dictam opionẽ ꝓbãte. ¶ Sed cõtra hos ponit phs talem cõclusionẽ. In rebus naturalib' necessitas ꝑncipalit sumit ex fine ꝓbat trib' rõnib'. ¶ Prima sicut est in artificialibus ita est in naturalib'. sed i artificialibus necessitas principaliter sumit ex fine: q2 ab illo sumit necessitas ꝑncipaliter per q̃ rñdet ad interrogationẽ factã per pp qd res est sed in artificialib' est hmõi: vt si q̃rat pp qd serra est dentata. rñdetur vt diuidat ligna. Et si q̃ratur pp qd est dom'. rñdet vt custodiat hoies a frigorib'.

Scd̃a rõ ꝑdictã rõez ꝓbãs. ¶ Secũda ratio: q2 sicut se hz ꝑncipiũ ad cõclusionẽ in speculabilib': ita finis ad ea que sunt ad finem in nãlib': sed in speculabilibus necessitas ↄ̃clusionis sumit ex principio. ergo in nãlibus necessitas coꝝ que sunt ad finẽ sumit ex fine.

Tertia ratio de eodem ¶ Tertia rõ per diffõnẽ sumptaz a fine demõstrat diffinitio sumpta a materia tã in artificialib' q̃z in naturalib' sed ab eo per qd̃ aliqd demonstratur sumitur eius necessitas: ergo a fine sumit necessitas materie. Ex quo sequitur q̃ licet phisicus hẽat ↄ̃siderare iam mãz q̃z finẽ hz tñ magis ↄ̃siderare finẽ q̃z mãm: q2 materia est propter finẽ. Et ad remouẽdũ paruum dubiũ circa predicta subdit q̃ mã bene itrat diffinitionẽ: vt serra bene diffinit per ferrũ tanq̃ per mãz ⁊ finẽ tãq̃ per formã.

Quid ẽ serra. ¶ Ex q̃ textu hz q̃ mã ptinet ad q̃ditatẽ rei nãlis. Et q̃ serra diffinitur p finẽ q est diuidẽ dura pz dicẽdo serra ẽ instrumẽtũ ferreũ ⁊ dentatũ aptũ diuidẽ dura.

An aliqd fiat vel a casu fieri possit vl̃ fortuna

Queritur vtrum aliquid fiat vel possit fieri a cãu vel fortuna. ¶ Arguit p° q̃ nõ: q2 nihil ẽ qd̃ nõ hẽat cãm determinatã. ergo nihil est qd̃ fiat a cãu vel fortuna: añs pz. nam illd̃ qd̃ dr̃ fortuitũ vel casuale hz cãz determinatã puta cãm itẽdentẽ effectũ. ¶ Secũdo sic oẽ per accñs reducit ad p se: ergo oẽ q̃ fit a cã per accñs fit a cã per se Et per ↄ̃ñs oẽ qd̃ fit: fit a cã determinata. Dicit etiam plato in thimeo q̃ nihil est ortũ sub sole cuius causa legitima nõ ꝑcesserit. ¶ Tertio sic omnia que fiũt vel eueniũt ex necessitate eueniunt: igit añs pz: q2 oẽ qd̃ de necessitate est futurũ: illud de necessitate eueniet. sed omne futurum de necessitate est futurũ: ergo omne futuꝝ de necessitate eueniet. ¶ Quarto sic: deus hẽt certã ⁊ infallibilem noticiam cuiuscũq3 futuri contingentis: ergo quodlibet tale de necessitate eueniet. pz ↄ̃sequentia. q2 illa pars necessario eueniet cuius oppositũ est impossibile euenire sed oppositũ illi' quod deus sit impossibile est euenire: igit. ¶ Quinto sic. fatũ iponit necessitatẽ in rebus: igit nihil fit a casu ⁊ fortuna. añs pz qa bñ sequit. h̃ ẽ fatatũ ergo h̃ erit. ¶ In oppositũ est phs in textu. In qõne erũt tres articuli.

¶ Quantum ad primum.

An sit fortuna

Sciendum est primo quod de fortuna sunt alique difficultates. Prima an sit fortuna. Ad quã rñdet breuiter ẽm mentem Aristotelis. vt narrat Scotus

q̄libeto q̄stiōe. 2. ponēdo aliq̄s ꝓpōnes. ꝑ:ia for/tuna est. ⁊ ꝓbaꝛ ex cōi ꝯceptu ⁊ ex mō loquendi hoīuꝫ q̄ dicūt mlta a fortuna euenire. ergo opꝫ fortunā eē. ¶ Scđa ꝓpō: illud qđ aduēit agēti ꝺꝫ ꝓpositū ꝑter intētionē dr̄ fortuitū seu effect⁹ for-

Quid ē fortūa. tuit⁹: ⁊ illud cui sic aduenit dr̄ eē fortūa. ¶ Et ex q̄ sequiꝛ tertia ꝓpō. ꝙ fortūa nō est aliđ q̄ȝ volūtas vel agēs ꝺm ꝓpositū cui euenit aliq̄d ꝑter intentionē. ¶ Et ex h̄ seq̄ꝛ q̄rta ꝓpō. ꝙ fortūa nō est alia cā a cā agēte ꝺm ꝓpositū: imo est ip̄amet cā ꝓducēs effectū nō intentū vl' cui aduenit aliq̄d ꝑter intentū. dr̄ etiā fortūa respectu effect⁹ nō intēti. Et illud idē dr̄ cā ꝑ se respectu effect⁹ intēti: ⁊ h̄ capiēdo fortunā ꝑ d̄noīato: q: fortūa pro ꝑ se significato nō est nisi respect⁹ agētis ꝺꝫ ꝓpositū ad effectū nō intentū. ¶ Et ex isto seq̄ꝛ

opinio paganorū falsa ꝓbaꝛ d̄ fortuna falsitas positiōis paganoꝝ imaginātiū fortunā esse quādā deā cui tanq̄ȝ cāe ꝑ se attribuunꝛ effect⁹ q̄ fiūt ꝑter intētionē. Et cū ip̄is ꝯcordant mlti paupes vulgares. ¶ Sa ꝓpō: nihil sic euēit a fortūa q̄n aduēiat ab aliq̄ cā ꝑ se intēdēte talē effectū puta a deo q̄ oēs effect⁹ intendit. iđ dicebat plato in thīmeo ꝙ nihil ortū est sub sole cui⁹ cā legitima nō ꝓcesseit q̄ causa nō ē nisi ip̄se de⁹. ¶ Sexta ꝓpō. bona fortuna est. vñ bona

Quid ē bōa fortuna. fortuna est agēs ꝺm ꝓpositū seu ip̄a volūtas cui aduenit aliqđ bonū ꝑter intētionē. Et illđ qđ sic aduenit dr̄ euētus fortuit⁹. ¶ Et aduerte ꝙ bona fortūa aliq̄n est respectu illorū q̄ nō sūt in ꝑotestate nostra: vt ꝙ aliq̄s nascaꝛ pulcher ⁊ h̄ est min⁹ ꝓprie. aliq̄n ⁊ magis ꝓp̄e est respectu hoꝝ q̄ sunt in ꝑtāte nostra: vt dr̄ ꝙ aliq̄s volēs vnuꝫ adipisci ⁊ aliđ adipiscaꝛ. ¶ Aduerte etiā ꝙ bo-

bōa fortuna q̄t modis diciꝛ. na fortūa dr̄ dupl'r. vno mō i bonū assequēdo. scđo mō i malū fugiēdo quēadmodū dicimus hoīem q̄ trāsiuit nemus sine inuētiōe latronuꝫ eē bñ fortunatū. ¶ Aduerte etiā ꝙ nullus ꝓp̄e dr̄ bñ fortunat⁹ eo ꝙ sibi semel bene fortuite accidit. Scđo nullus dr̄ bñ fortunat⁹ ex eo ꝙ sibi sp̄ bñ accidit. Relinquiꝛ ergo ꝙ hō dr̄ bñ fortunatus ex eo ꝙ in plurimū bñ sibi accidit.

Sciendū est 2° ꝙ circa textū scidūt adhuc alie difficltates. ¶ Prīa

Alie difficltates circa textū scidētes. quō itelligiꝛ ꝙ fortūa fiat in his q̄ sunt ex semp ⁊ frequēter. ¶ Rūdet scot⁹ i primo ꝙ aliq̄d dr̄ fieri raro dupl'r. vno mō ꝙ fit in paucioribus. ⁊ sic eclipsis lūe diceret fieri raro ⁊ ex̄ semp ⁊ frequēter. ⁊ sic non capiꝛ in textu. Alio mō: q: fit a

Quot modis aliq̄d fit raro. cā indetermiāta ⁊ nō intendēte ad effectū. ⁊ sic capiꝛ in textu. Et illđ dr̄ fieri semp ⁊ frequenter qđ fit a cā determiāta ⁊ intendēte effectū. Et sic eclipsis lune diceret fieri sp̄ ⁊ freq̄nter. ¶ Se-

scđa difficultas cūda difficultas: ad quā causaꝫ ꝑ se reduciꝛ fortuna cū oīs cā ꝑ accidēs reducaꝛ ad cām ꝑ se. Respōdet scot⁹ libro scđo: distictiōe. 25. ꝙ cā ꝑ accidēs reduciꝛ ad cām ꝑ se ꝑoꝛē vl' ad seip̄aꝫ.

vt ex cā ꝑ se respcū alteri⁹ effctūs sicut fodiēs ē cā ꝑ accñs iuētionis thesauri ⁊ cā ꝑ se inuētionis aq̄. ¶ Alia difficultas vtꝝ aliq̄s dicaꝛ vl'r bene

An aliq̄s diciꝛ vl'r bñ fortunatus. fortunat⁹. Rūdeꝛ q̄ aliq̄s p̄t dici vl'r bñ fortūatus dupl'r. p°: q: cuilibet itētō ꝑ se ab eo ē aliqđ bonū sibi annexū. 2° mō: q: q̄libꝫ ab eo nō itētū dr̄ eē bonū. ⁊ d̄ vtroq̄ꝫ dicit Scot⁹ q̄libeto. q. 21. ꝙ null⁹ dr̄ sic vl'r bñ fortūat⁹ nisi fōte ex aliq̄ sp̄āli auxilio. ¶ Et siq̄s q̄rat vñ est ꝙ vn⁹ hō est

Unde ē ꝙ vnus homo ē magis fortunat⁹ q̄ȝ alt. magis fortunat⁹ q̄ȝ alter. ¶ Rūdeꝛ ꝺm theologos ꝙ h̄ non est ꝓp aliqđ intrinsecū inexñs tali hoī sic ꝙ ñ alteri: sꝫ hoc ꝓuenit ex deo sic dispo nēte. Sꝫ ꝺm aristotelē h̄ ꝓuenit ex ꝯcursu cāruꝫ scđaꝝ q̄ magis mouēt vnū q̄ȝ aliū. ¶ Et si quis q̄rat: q̄re ꝯcursus cārū extrinsecaꝝ magis mouēt vnū ad fodiendū auꝝ q̄ȝ aliū. Rūdet Arist. i li. de bo. for. ꝙ h̄ ē ꝓp aliquā q̄litatē existētē a nā in tali ⁊ nō i alio ꝑ quā disponiꝛ: vt magis moueaꝛ ad illū locū q̄ȝ ad aliū. Et istā q̄litatē vocat ip̄etū ita ꝙ vult hīc aristoteles ꝙ talis dispō seu q̄litas iclinat hoīem ad volēdū aliq̄d ad qđ seq̄tur cōmodū. ⁊ dicit ꝙ talis q̄litas se hꝫ ex parte corpis ⁊ nō aīe: ⁊ est sequēs cōplexionē corpis: Nec istud p̄t eē rō seu itellect⁹: q: vbi maxim⁹ itellect⁹ ibi mīma fortuna: ⁊ vbi minim⁹ itellect⁹ ibi maxima fortūa. Nec p̄t eē aliq̄d sequēs spēm q: tunc vniformiter ꝯueniret oib⁹ eiusdē speciei. Nec p̄t eē volūtas: q: p̄t eē silis act⁹ volēdi i vtroq̄ꝫ. ⁊ tñ vn⁹ assequiꝛ effcm̄ ⁊ ñ alter.

Sciendū ē 3° ꝙ circa textū icidit talis difficultas: diffō vtruꝫ fortūe

Aliđ dubium d̄ diffōne fortune q̄ hr̄ ex textu sit bñ posita in qua dr̄. Fortuna est cā ꝑ accñs ꝺm ꝓpositū in his que sunt ex̄ semp ⁊ frequēter eoꝝ q̄ ꝓp h̄ sunt. Et vr̄ ꝙ nō sit bene posita: q: ꝑ illā ꝑticulā eoꝝ q̄ ꝓp h̄ sūt vr̄ sonare ꝙ fortuna intēdat effcm̄ respectu cui⁹ dr̄ fortūa. Itē ista diffō ꝯuenit aliis a diffinito: q: volo qđ domificator sit music⁹: ⁊ ex itētiōe faciat domū tūc music⁹ est cā ꝑ accñs dom⁹ ꝺm ꝓpositū ex̄ sp̄ ⁊ frequēter: q: raro euēit ꝙ faciēs domū sit music⁹: ⁊ ē eoꝝ q̄ ꝓp h̄ sunt: q: dom⁹ fit ꝓp finē. Itē celū nō agit ꝺm ꝓpositū. ⁊ tñ dr̄ fortuna: q: aliter astrologi nō possēt ꝑuidē ꝙ aliq̄s hō fieret fortunat⁹. ¶ In oppositū est aristoteles i textu vñ ꝑ solone suppōniꝛ ꝙ cā aliq̄n ꝓducit effcm̄ itētū ⁊ respectu illi⁹ dr̄ cā ꝑ se: ⁊ aliq̄n effcm̄ nō intētū ⁊ respectu illi⁹ vocaꝛ fortuna vel casus. fortuna si sit agēs ꝺm ꝓpositū. casus sit agēs naturale. Aduerte ēt ꝙ effcūs q̄ nō itēdūꝛ: q̄dā sūt nōbilis bonitatis vel malicie sicut iuētio thesauri vel fractio tibie. ⁊ isti p̄nt dici de numero eoꝝ q̄ ꝓp hoc fiūt. nō ꝙ agēs agat ꝓp illos cū nō intēdat eos. sed q: si ꝑsciret eos libēter ageret ꝓpter eos ad sp̄ ꝓsequēdū vel fugiēdū.

q̄ dicaꝛ fortuna. Aly sunt q̄ nō sunt notabilis bonitatis vel malicie vt casus vni⁹ pili vel inuētio vni⁹ fabe. ⁊ tales vocat aristoteles

nota

stoteles non ꝓpter hoc: q2 si agēs ꝓuideret eos nō curaret agere ꝓpter eos ⁊ ꝓp tales nullus ꝓprie dr̄ fortunat⁹ vel infortunat⁹. sed solū ꝓp ef fect⁹ notabilis bonitatis vel malicie. Et ex istis pꝫ q̄liter intelligit̄ diffō fortune. vñ ponit̄ ꝓmo cā tanq̄ꝫ gen⁹ per accñs ad remouendū causam per se. ꝫm ꝓposituꝫ ad remouēdum ea que non agūt ꝫm ꝓpositū ⁊ deliberationeꝫ. iō dicebat q̄ infantes inalata ⁊ bestie nō sunt neq̄ꝫ bñ: neq̄ꝫ male fortunata: q2 non agūt ꝫm deliberationē.

Aliud dubiuꝫ de diffinitione fortune

¶ Et si q̄s dicat quō fortuna pōt diffiniri cū dicat̄ in textu q̄ fortuna est nobis imanifesta. Rñdet̄ ⁊ q̄ fortuna non dr̄ ideo imanifesta q̄ non possit diffiniri ⁊ à nobis cognosci. sed q2 ignotū est operāti si aliqd eueniet fortuite qđ nō sit intētū ab eo. ¶ Ex oīb⁹ istis patet satis quid sit dōum ad rationes p⁹ ad primā. ¶ Ad scđam dr̄ q̄ lꝫ accidat in paucio: lꝫ⁹ q̄ music⁹ faciat domū tñ ꝓpter hoc nō dicit̄ facere domuꝫ a fortuna q2 nō facit preter intētionē. iō nō dr̄ causa ꝑ accidens sicut hic est ad ꝓpositū. ¶ Ad aliā pꝫ q̄ celū nō dr̄ fortuna: cū nō agat ꝫm ꝓpositum. ideo nō dicit̄ fortuna neq̄ꝫ effectus eius dñr fortuiti nisi per quādā similitudinē. ¶ Et si dicat̄ effect⁹ qui fiunt à nobis ꝑter intētionē fiūt a celo ⁊ a deo respectu cui⁹ nihil fit a fortuna cū nullus effect⁹ eueniat ꝑter intētionē ipsius dei. ergo nullus effect⁹ a nobis productus dꝫ dici fortuitus cū ēt producat̄ a causa intēdēte. Rñdet̄ q̄ effect⁹ dr̄ fortuit⁹ vel casualis respectu cāe ꝓpinque ⁊ immediate ⁊ non respectu cāe remote. Sed de casu quid sit ⁊ qualiter differt a fortuna satis visum est in textu.

Utrum prima intellectio dicatur a casu.

Sciendū est quarto q̄ circa textū īcidit vna difficultas vtrū ꝓma itellectio quā hō hūerit dicat̄ esse à casu: ⁊ vr̄ q̄ sic q2 talis ꝓma itellectio fuit preter intētioneꝫ: q2 si fuerit cū intentione tunc nō fuisset prima qđ tñ supponit̄. Rñdet Scotus quolibeto. q. 21. q̄ p⁹ itellectio dr̄ quodāmō a cāu: q2 intelligēs nō prius intelligēdo itelligit ꝫ prima itellectio nō est à rōne oñdente prius obiectū: ergo à casu q̄dāmodo nō tñ simpliciter q2 ꝓma itellectio habet vel habuit cām motiuā ⁊ effectiuā in nobis puta fantasma qđ fuit causatū ab obiecto quod forti⁹ mouebat sensum: q2 tñ non est a rōne deliberāte. ideo dicit eē à casu. neq̄ꝫ dr̄ ꝓma intellectio iputabilis nisi forte iterꝑtatiue pro quāto ī ꝑtāte hoīs fuit hr̄e obiectū forti⁹ mouēs.

Alia qđ de determinatione voluntatis i intelligentis.

¶ Sꝫ peteret aliq̄s vtꝝ intelligens aliqd determinet volūtatē ad volēdū illud q̄ intellect⁹ intelligit sic q̄ volūtas naturaliter moueat̄ ab intellectu naturaliter moto ab obō. Rñdet Scot⁹ qđ non. sed volūtas seipsa deteriāt se ad aliqd volēdū. ita q̄ quātūcunq̄ꝫ itellect⁹ oñdat sibi aliqd i ei⁹ ꝑtāte est velle vel nō velle illđ. si enim voluntas nr̄a nāliter moueret̄ ab intellectu nāliter moto ab obīto hō esset tunc vnū bonū brutū nō habēs libertatē operādi.

Quid per fatū intelligatur.

¶ Scđa difficultas: quid đbemus itelligere per fatū de quo phi antiq locuti sunt rñdeo p⁹ q̄ fatū est q̄ ꝓbat̄ per cōem opinionē oīum phorꝫ. Dico scđo q̄ de fato multe fuerunt opiniones. sed illis dimissis pro nūc respōdeo q̄ fatū nihil aliud est q̄ꝫ ꝯcursus seu ordo vel ꝯnexio cārū scđaꝝ à deo preuisus scđm quē ꝯcursuꝫ de⁹ sinit res euenire. Dico tertio q̄ res nō sic sunt à tali ꝯcursu q̄n aliter possint euenire lꝫ etiā deus prius cognoscat. q2 scia dei nō ponit necessitatē in reb⁹ vt alias visum est in logica.

Quid ē fatuꝫ.

Dico quarto q̄ fatū ꝓprie cōnotat q̄ talis ꝯcursus seu ordo cārum secūdaꝝ sit preuisus a deo. Et hec de primo articulo.

An cāe ⁊ fortūa sint cāe agētes.

Quantū ad secūdū dubitat̄ p⁹ vtruꝫ casus ⁊ fortuna sint cāe agentes. Arguit̄ p⁹ q̄ nō: dicit enim aristoteles q̄ fortuna est cā īfinita. i. indeteriata. sed īdeterminatō attribuit̄ māe ⁊ nō efficiēti. igit̄ casus ⁊ fortūa sunt magis cāe māles q̄ꝫ agētes. Itē mōstruositates sunt à casu vt vr̄ dicē Ari. ⁊ tñ in plurimū mā est cā mōstruositatis ꝓp ei⁹ supabundantiā vel defectū. igit̄ casus ⁊ fortuna sunt magis mā q̄ꝫ cāe agētes. Itē idē est casus ⁊ nā vt dr̄ ī textu sed nā nō dr̄ nisi de mā ⁊ forma. igit̄ casus erit cā mālis ⁊ formalis. Itē cā agēs vel est determinata ad effectū vel nō. si deteriata tunc nō est casus nec fortuna. si vō īdeterminata tūc nihil ꝓducit: q2 nō vr̄ q̄ magis ꝓduceret vnū effectuꝫ q̄ꝫ aliū. ¶ In oppo^m est Aristo. ī tex. pro rñsione ponunt̄ aliq̄ ꝯclusiones.

Conclusiões ꝓ dictis difficultatib⁹ rē spondētes.

Prima casus ⁊ fortuna nō sunt cāe finales respectu effectuū casualiū ⁊ fortuitoꝝ: q2 oē ordinatū ad aliquē finē est intētū grā illius finis. sed effect⁹ casuales ⁊ fortuiti saltē vt sunt casuales ⁊ fortuiti nō intēduntur: igit̄ vt sic nō hñt cās finales. Et si q̄s dicat oīa preter deū hñt cām finalē puta ipsum deuꝫ: igit̄ effect⁹ fortuiti ⁊ casuales hēbunt cāꝫ finalē. Rñdet̄ q̄ oē qđ ꝓducit̄ intēdit̄ a deo. iō tales effectus respectu dei sunt intēti. ⁊ vt sic bñ habēt cām finalē. s. deū respectu cui⁹ nō dñr fortuiti. sꝫ solū respectu agētiū ꝓpinquoꝝ ⁊ ꝑticulariuꝫ respectu quoꝝ nō ordinantur in finē. Aduerte tñ q̄ postq̄ꝫ effect⁹ fortuiti sunt ꝓducti in esse nō est inconueniens q̄ ordināt̄ in finē vt postq̄ꝫ thesaur⁹ est iuēt⁹ pōt ordinari ad sustētatiōem vite.

Secūda ꝯclusio.

¶ Scđa ꝯclusiō casus ⁊ fortuna nō sunt cāe māles effectuū casualiū q2 effctūs casuales dicūt aliq̄ꝫ extrneitatē respcū illi⁹ cui⁹ fūt effect⁹ fortuiti. sꝫ sic nō hñt respcū māe. q2 mā nāliter est in potētia ad oēs dispositiones.

Tertia ꝯclusio

¶ Tertia ꝯclusio casus ⁊ fortuna nō sunt cause formales effectuū casualium. q2 nō informāt tales effectus. ¶ Ad rationes. ad ꝓmā dr̄ q̄ licet fortuna sit indetermina-

ta respectu effect⁹ non intēti.tñ est determinata re spectu effect⁹ itēti: ꝛ cū ifez aῖ ꝙ mã est cā mul tor mōstruositatū ꝯcedit: sed tamē cū h casus ē nã agēs. ¶ Ad aliā cōcedo ꝙ reqrit cā ꝛ qđ est fortuna. sed non respectu casualiū effectuū. Ad aliā dico ꝙ agēs respectu effectus nō intēti dici tur hũ cā īdeterminata q̄tū est ex pte sui tñ pro ducit illū effcm̄ pp determinationē ꝓuenientē ex ꝯcursu aliaꝝ cāꝝ vt inuētio thesauri qñ qs fodit vineā ꝓuenit q: aliqs ibi posuit thesauꝝ.

Aliā du bium ð cāu ꝛ fo tuna.

Dubitatur secūdo vtꝝ casus ꝛ fortu na hēant fieri in ꝯtingēti ad vtrūlibet vel in ꝯtingēti raro. i. vtꝝ agēs qđ dr̄ fortuna respectu effectū fortuitoꝝ dicat agēs ad vtrūlibet vel agēs in paucioꝛib⁹. ¶ Pro cu ius solone supponit ꝙ illud agēs dr̄ ad vtrūli bet qđ est īdeterīatū ꝛ indifferēs ad effectū quē pducit ꝛ ad suū oppositū cm̄oi est volūtas. ꝛ ēt mlta agētia sunt īdeterīata ad agēdū vel ñ agē dū eo ꝙ est īdifferēs ꝛ īdeterīatū ꝙ passū sit ip sis debite approximatū vel nō approximatū vl̄ ēt ꝙ sit dispositū ad patiēdū ab illo vel nō. ꝛ sic mã īdifferēs ad successionē foꝛe dterīat ab agē te ita agēs īdifferēs deteriat p mãꝫ vt sol pp di uersitatē mãe gn̄at h ranas ꝛ alibi muscas. Et ex isto satis pōt patē ꝙ fortuna multotiēs dr̄ fie ri in ꝯtingēti ad vtrūlibet. i. fortuna respcū effe ct⁹ nō intēti dr̄ agēs īdeterīatum ꝛ īdrñe. Sed agēs in paucioꝛib⁹ seu raro est qđ pp īpedimē tū ꝓducit effcm̄ oppo^m ei qđ erat vt in plurib⁹ cm̄oi est de agēte ꝓducēte mōstrū. Et sic ēt dico ꝙ fortuna aliqñ hꝫ fieri in ꝯtingēti raro. i. fortu na aliqñ pp īpedimētū ꝓducit effectū oppo^m ei qđ est vt in plurib⁹. ¶ Sꝫ restat alia difficultas vtꝝ in dispōnib⁹ nãlib⁹ necītas ꝓueniat ex fine vel ex mã. ꝙ ex mã fuerūt facte rōnes antiquo rū. ꝙ ex fine facte fuerūt. rōnes Aristo. ¶ Sed pro solone supponit ꝙ necāriū in ꝓdicta dubi tatione dꝫ accipi pro vtilitate ꝙ cū q̄rim⁹ vtrū necītas dispōnū nãliū ꝓueniat ex pte finis vel mãe sensus est vtrū vtilitas dispōnū nãliū ꝓue niat ſm exigētiā mãe vel pp finē. ꝛ ſm h ponū tur due ꝯclusiones. ¶ p^a est mã est necessaria ad hoc vt fiant dispōnes vtiles in nãlib⁹: q: si ne mã nō possent fieri necesse. ¶ 2^a ꝯ^o cā necef sitatis seu vtilitatis istaꝝ dispōnū est finis. ꝛ sic pbant ille ꝯclusiones q: illud est necāriū i il lis dispōnib⁹ per qđ ridetur ad qōnē q̄rentem qđ est necāriū. sed mã est hmōi: vt si q̄rat qđ est necessariū ad hoc qđ ferra fiat. dicim⁹ ꝙ ferrū. Etiā si q̄ram⁹ qđ est necessariū ad hoc qđ oculi fiant. rñdet ꝙ mã. sed illud est cā necessitatis p qđ respōdet ad qōnē factā per pp qđ de talib⁹ dispōnib⁹. sed finis est hmōi. vt si q̄rat qđ opoꝛ tet serrā esse de ferro ꝛ ipaꝫ hēre dētes. rñdet p pter hoc qđ est secare dura. Etiā si q̄rat pp qđ ē

Uñ p ueniat ne cessitas i causis nãlib⁹.

Necef sariū q mō capi tur.

neꝛe hoiem hēre oculos dicim⁹ ꝙ pp videre qđ ēt oculi magis fiāt in capite q̄ in pede vel quā palpebra fiat magis supra oculū q̄ sup nasū h ē pp diuersos fines ꝛ nō ꝓpter mãꝫ ꝛ per h satis pōt videri quid sit dicēdū ad difficultatē.

Dubitatur tertio vtꝝ nã ꝓducēs mō strū intēdat mōstrū. Et vt ꝙ sic q: nãꝫ intēdere mōstrū nō est aliud q̄ nãꝫ dubiꝫ determinari ad ꝓducēdū. sed nã ꝓducēs mon strū determinat ad ꝓductionē mōstri. igit. Itē ra directū ab aliq̄ infallibili nō ꝓducit aliqđ pter intētū: sed nã dirigit ab aliq̄ infallibili cognoscen te. s. a deo: igit. ¶ In oppo^m aῖ q: mōstrū ē qđ dā pctūm in nã. sed nã nō intēdit pctūm: igit. Pro solōne supponit ꝙ ad h ꝙ nã vel agēs nã le intēdat aliqđ nō opꝫ ꝙ cognoscat illud. h suf ficit ꝙ cognoscat a dirigēte qđ est de⁹. Hoc sup posito rñdet per aliq̄s ꝓpositiones. p^a nulla nã intēdit mōstrū. 2ª est ꝙ mōstrū: multotiens itē dit nã. Et pro declaratione haꝝ supponit ꝙ intē dere nō attribuit nãis nō cognoscētib⁹ nisi per silitudinē ad nãs cognoscētes in qb⁹ iuenit itē dere ꝓprie ꝛ appetere sed sic est ꝙ in cognoscenti bus appetit⁹ vel intētio semp ferunt in rē appe titā vel intētā mediante aliqua rōne hoc est me diante aliqua cognitione ꝛ inde ꝓuenit ꝙ illa verba cognosco. appeto. intēdo. volo: ꝛ hmōi ia ciūt terim seq̄ntē quē regūt appellare illā rōnē ſm quā appetit⁹ vel intētio ferebat in rē appeti tā vel intētā. sed si ille terin⁹ pcedat vbū nūc nō opꝫ ꝙ appellet rōnē. Ex quo sequit ꝙ verbū hū dat terio sequēti appellationē quā nō dat terio pcedēti. Inde solet dici ꝙ predicatū appellat formā seu rōnē: subiectū vero appellat rationeꝫ sub disiunctione ad qđlibet aliud. ꝛ de hoc als satis visuꝫ est in summulis. Et ex istis pꝫ dr̄ntia inter duas ꝓdictas ꝓpōnes. i^a eni est falsa na tura intēdit mōstrū: q: nulla natura intēdit vel appetit rem aliquā ſm rōnem peccati vl̄ diffor mitatis. imo semp ſm rōnē recti ꝛ boni cū dirigi gat ab optimo ꝛ ifallibili ista tñ est vera mōstrū intendit natura: q: hominē intēdebat vt hō est. mōstrū. i^o mōstrū intēdit. Ideo videtur ad ra tiones. ¶ Ad p^mã enim dico ꝙ natura nō erat ex se determiata ad ꝓducendū tale pctūm imo h ꝓueniebat ex aliquo impediēte ipaꝫ naturaꝫ vel ex aliquo agēte ꝯcurrēte itendente opposi tum. nec ꝓpter hoc opꝫ ꝙ illud agēs ꝯcurrens intēderet peccatū imo itendebat rectum. verbi gratia dicebat albertus ꝙ aliquando ex ꝯstella tione celi fiunt mōstra in istis inferioribus vt si aliqua ꝯstellatio sit multū ꝯueniēs gn̄atiōi por coꝛum ꝛ ꝯtingat tūc hoiem gn̄ari illa constella tio intendēs poꝛcū tn̄ aliqđ rectū faciet i illo hoie ꝓtēptionē vult⁹ ꝛ faciet vultū longū q̄si poꝛ cinū. Natura tamen humana intendens hoieꝫ

Aliud dubiū

Solutō rōnum.

remittit

remittit de illa longitudine quantū poterit. tū erit vultus monstruosus. et vtraq; nā itendebat rectū. vñ ꝯstellatio intendebat longitudīē vultus nō tanq; difformē hoīs: sed tanq; ꝯformem porco: q: porcū itendebat. ꝯ oīs nā itendit agere rectū et non pctm. ex h ꝑ3 solutio ad aliā rō ne.

In qb° mōstra regiunt. ¶ S3 adhuc restāt duo pua dubia. Primū in qbus reperiunt mōstra. ¶ Rūdet q reperiunt in aīalibus: in plātis: in mixtis: in inanīatis vt in lapidib° q̄uis h nos multū lateat: etiā inueniunt in mixtis imꝑfectis sicut in impssionibus metheorologicis. etiā in elemētis vt sūt fundatiōes etiā in aliquib° actib°. sicut cū hoc locut° fuit. Et fiūt mōstra in artificialib°.

que sūt cāe mōstrorū. ¶ Secundū dubiū que sunt cāe taliū mōstroꝝ. rñdet cōmentator: q oīa mōstra in nā vel accidūt pp defectū materie: vt qñ nascit hō nimis breuis vl deficiēs in aliquo mēbro vel ꝑpter abūdantiā materie. vt qñ gñatur hō nimis magnus vl cū duobus capitib°. ¶ Tertio pp discōuenientiā qualitatū vt hō male edificat°. ¶ Quarto ꝑpter malicīā qualitatū. vt qñ nascitur homo leprosus. Et hec de secūdo articulo.

Conclusio d̄ casu et fortuna. **Quantū** ad 3ᵐ fit ꝯclusio rñsalis. aliqd pōt fieri a casu et fortūa: que cōclusio relinquitur ꝓbata ex dictis in primo articulo. Ad rōnes ante oppositum questionis. Ad primā dicit q licet illud quod dicit casuale vl fortuitū fiat ab aliqua causa determinata et infederite supple aliū effectū: nō tñ a causa determiata respectu illius effect° fortuitī. ¶ Ad scđam et tertiā ꝑ3 solutio. Nam de tertia rōne satis prolixe alias visū est i logica. et etiā de q̄rta. ¶ Ad quītā dī q factū nō ipōlt necītatē simplr i reb°. ¶ Et sic est finis huius scđi phisicorum.

QUoniā aūt nā est pri° motus et status et mutationis: scia aūt nobis de nā est: op3 non ignorare quid sit motus. necessariū enim est ignorato ipso et ignorare nām.

Istius tertij libri diuisio. **I**Ste est tertius liber phisicoꝝ aristotelis in quo ipse determinat de motu et infinito. Et diuiditur in duos tractatus. In primo determinat de motu et diuidit in tria capitula. In primo ponit talem conclusionem. ad phisicū ꝑtinet determinare de motu: qđ ꝓbat: q: ad phisicum spectat determinare de nā. ḡ et d motu: ꝑ3 ꝯña: q: nā nō ꝑt cognosci nisi p motū cū diffiniat p motū: ignorato eni motu necesse est ignorare nā3. Cōsequenter ponit hāc ꝯclusioné. ad phisicū ptinet determinare d̄ infinito loco vacuo et tpe. ꝓbat prio de infinito. quia determiato de motu op3 determiare de his que sequūtur motū cuiusmodi est continuū. Motus eni est numero continuorum: ꝗ3 ꝯtinuū diffinit p infinitū. Nā ꝯtinuū est q est diuisibile i infinitū. 2° ꝓbat de loco vacuo et tpe: q: phisic° ꝯsiderat de motu. sed mot° nō ꝑt esse sine loco vacuo et tpe. et h ꝗ3 famosā opionē antiquorū q ponebāt vacuū. deinde ponit tres diuisiones valētes ad inuestigationē diffōis mot°.

Quid est cōtinuum.

Diuisio motus ad inuestigādū diffinitionē motus. P° est entiū qđā ēē in actu. qđ ꝟo in po°. 2ª entiū qđ. i. sunt in pdicamēto subē: qđā q̄ntitatis: qđā q̄litatis: qđā relōnis: et sic de alijs. 3ª relatiuorū qđā referunt ad se inuicē ꝭm excessū et defectū vt duplū dimidiū duplū. Alia ꝭm agē et pati mouere et moueri cuiusmōi sunt motiuū et mobile. Motiuū eni dī relatiue ad mobile: q: si aliqd est motiuū alicui° mobilis est motiuū. Ex his iferūt aliq̄ ꝯclusiōes.

Conclusiones ex dictis. ¶ P² mot° nihil est pter substantiā q̄ntitatē q̄litatē et vbi: q: mot° nō est pter res ad q̄s est mot°: sigit mot° nō est pter subam: q̄ntitatē: q̄litatē: et vbi. Ex h hr q ad q̄tuor gña est p se mot°. s. ad subam. q̄ntitatē: q̄litatē. et vbi. et h capiēdo motū large. ¶ 2ª ꝯ°. mot° nō est aliquid vniuocū ꝭm suū totū ambitū: q̄ a inuenit in pluribus pdicamētis qb° nihil vī ēē cōe vniuocū. Et dicit q in q̄tuor pdictis pdicamētis duplex est mot°. s. acq̄sitiu° et deꝑditiu°. sicut in sba vn° est ad formā sicut est gñatio. Alius est ad ꝑuatōem sicut corruptio. et similiter est in alijs. Finalr infert q mot° et mutationis sunt tot spēs quot entitates supple acquisibiles per motum.

DIuisio āt ꝗ3 vnūqđq; gen° hec qdē ēē endelichia: aliud aūt potentia exñtis endelichia ꝭm q hmōi est mot°: vt alterabilis q̄dē inquātū est alterabile alteratio est.

Quid est motus. ¶ Istud est 2ᵐ capitulū in quo phs ponit diffōnē mot° dicēs. Mot° est act° entis in po° ꝗ3 q hmōi quā diffōnem ꝓbat sex rōnib°. p² gñatio est act° gñabilis inquātū generabile. Corruptiō est act° corruptibilis ꝗ3 q corruptibile. Augmētatio est act° augmentabil' ꝭm q augmentabile Diminutio est act° diminubil' ꝗ3 q diminubile Alteratio est actus alterabilis inq̄tū alterabile et ēt loci mutatio est actus loci mutabil' inq̄tum loci mutabile. ḡ oīs mot° est actus entis in po° et hoc probat ista prima rō. ¶ Secunda rō que probat q mot° sit actus: q: illō est act° per quod aliquid dicitur actu moueri: sed mobile dicit actu moueri per motū3. igitur motus est actus. ¶ Tertia ratio que probat q motus sit act° entis in potentia. quia omnis motus est act° eius quod mouet: sed omne hoc quod mouetur est in potentia. Qđ ꝓbat: quia sicut se habet mouere ad actū. ita se h3 moueri ad potentiā ꝗ3 omne q mouet est in actu. ḡ omne q mouet est in potentia. ¶ Quarta ratio ꝓbat q mot° sit act° entis in potentia ꝭm q hmōi. Pro qua ratiōe supponit q illud quod mouetur bene est in aliquo

actu et in potentia ad aliud actum ut illud quod fit statua est in actu es et in potentia statua. sit ergo quarta ratio vel es movetur ad statuam secundum quod est in actu vel secundum quod est in potentia non secundum quod est actu es: quia cum esset actu statua adhuc moveretur ad statuam quod est falsum: igitur. ¶ Consequenter removet unum dubium. Ex quo enim dictum est quod idem subiectum habet esse simul in actu et in potentia. Dubitaret aliquis utrum actus et potentia eiusdem sibi sunt idem secundum rationem. respondet quod actus et potentia eiusdem sibi non sunt idem secundum rationem. ita quod non est eadem ratio actus et potentie. et hoc probat dupliciter. primo es movetur ad statuam secundum quod in potentia est ita quod dato quod non moveretur ad statuam non minus esset es. secundo si illa dicerentur eadem secundum rationem hoc esset: quia sunt eadem subiective sed propter hoc non debent dici eadem: quia potentia ad sanari et potentia ad egrotari sunt idem subiective. et tamen non sunt idem secundum rationem: quia tunc idem possit simul sanari et egrotari. ¶ 5ª ratio probat totam diffinitionem: quia motus est illud quo existente in mobili mobile movetur et non prius neque posterius igitur motus est actus entis in potentia secundum quod huiusmodi. ¶ 6ª ratio vel ista diffinitio motus est concedenda vel aliqua earum quam dabant antiqui. sed non potest dici secundum. dicebant enim antiqui quod motus est alteritas vel quod motus est inequalitas vel non est ens: sed nullo istorum modorum bene diffinitur: quia si motus diffiniretur quod est alteritas vel inequalitas vel non ens cuicunque inesset unum illorum ipsum moveretur: sed non est necesse moveri ea que sunt altera aut inequalia aut que non sunt: igitur. Ex quo infert quod primum est dicendum. scilicet quod diffinitio motus est bene data. Finaliter investigat aliam diffinitionem motus ponens hanc conclusionem. Omne est movens physicum movetur. probat tribus rationibus. Prima omne quod prius est in potentia et postea in actu quodammodo movetur. sed movens prius est in potentia postea in actu: ergo movens movetur. Secunda ratio cuiuslibet cuius sua immobilitas est sua quies huic inest motus sed immobilitas moventis sibi est quies ergo sibi inest motus. 3ª ratio. moventia naturalia moventur per tactum. in tali autem contactu movens movetur: quia omne agens in agendo repatitur. Ex his infert secundam diffinitionem motus dicens. Motus est actus mobilis inquantum mobile. ¶ Sequitur textus. Dubium autem est magnum.

Rōnes pbātes oē mo, uēs phi ficū mo ueri.

Istud est

2ᵐ capitulum in quo philosophus movet tres dubitationes. Prima in quo est motus subiective. respondet quod est subiective in mobili quia actus alicuius est in eo cuius est actus sed motus est actus mobilis et non moventis: igitur est in mobili. 2ª dubitatio utrum sit idem actus moventis et mobilis. Respondet philosophus quod sic quod probat dupliciter. Primo: quia actus moventis est qui producitur et procedit a movente et actus mobilis est qui recipitur in mobili. sed idem est actus qui producitur a movente et recipitur in mobili: igitur. Secundo probat per simile: quia sicut est idem spacium ascensus et descensus ita est unus actus agentis et patientis moventis et mobilis. sed diversimode. est enim moventis tanquam cause et mobilis tanquam subiecti. Tertia dubitatio utrum actio et passio sunt eedem

tres dubitatiōnes de motu.

Scda.

Tertia.

motus. Pro cuius solutione supponit quod activi est aliquis actus. et passivi etiam est aliquis actus. Activi dicitur actio et passivi passio. et primo arguit philosophus quod actio et passio non sunt diversi motus quia vel ambo essent in agente vel ambo in patiente vel actio in agente et passio in patiente vel econtra. non potest dici duo prima: quia tunc omne agens esset patiens et omne patiens agens: quod videtur esse falsum. nec potest dici tertium: quia actio est quedam motus non est in movente: sed in mobili: igitur. Nec potest dici quartum. quia hoc esset nimis equivoce loqui de actione et passione: quia tunc agens ageret passionem et patiens pateretur actionem quod est falsum. Finaliter ostendit quod actio et passio non sunt unus motus quia si sic sequerentur tria inconvenientia. Primum quod diversorum secundum speciem puta agentis et patientis esset idem actus quod non videtur verum. Secundum: quia tunc doctrinatio esset idem cum doctrina et idem esset actio et passio quod est falsum: igitur. ¶ Tertium: quia tunc idem esset docere et addiscere agere et pati. et per consequens omnis docens addisceret. Solvit ista inconvenientia. ¶ Ad primum dicit quod non est inconveniens diversorum secundum speciem esse eundem actum secundum diversas rationes ut puta unius ut principii et alterius ut subiecti. ¶ Ad secundum dicit quod non sequitur quod actio et passio sint penitus idem: sed magis quod motus cui insunt actio et passio sit unus et idem. unde actio dicitur actus huius ab hoc et passio in hoc. ¶ Ad tertium negat consequentiam. non enim sequitur si doctrinatio et doctrina sint idem quod docens addiscat nec quod actio et passio sint idem quod agens patiatur sicut eadem est distantia ab athenis ad athenas et de athenis ad athebas. et tamen non est idem distare.

Tria incōueniētia.

Soluto cōfūdē.

Queritur

utrum motus sit entitas successiva respectiva: vel absoluta extra subiective in mobili distincta a mobili et a termino ad quem. Primo arguitur quod non sit entitas successiva. quia motus non est. igitur non est entitas successiva. antecedens patet tripliciter. primo quia quod fit non est. sed motus fit continue: igitur motus non est. secundo sic. illud cuius nulla pars est non est: sed nulla pars motus est: igitur motus non est. tertio sic. omne ens limitatum est mobile: sed motus non est mobilis. igitur. ¶ Secundo principaliter arguitur. motus potest habere plures partes simul: ergo non est entitas successiva: antecedens patet de motu alicuius mobilis extensi cuius quelibet pars est mobilis et cuilibet parti inest pars motus: et quelibet pars motus est motus. ergo plures partes motus possunt esse simul quod est contra rationem successivorum. Item motus potest fieri in instanti: ergo potest habere plures partes simul. antecedens patet quia virtus finita movet in tempore. ergo virtus infinita poterit movere in instanti. ¶ Tertio sic. partes motus sunt eiusdem rationis ad se invicem: ergo possunt esse composite adinvicem. Item post mutatum esse quod continue at partes motus ad invicem: sequitur aliquam partem motus vel non. si sic sequitur quod plures partes motus sunt. cum quelibet pars motus sit divisibilis in infinitas partes. ¶ Quarto arguitur sic. motus est de genere absolutorum puta predicamenti quantitatis. ut dicit Aristo. 7. methaphysice quod due sunt quantitates successive. scilicet tempus et motus. ergo non est dicendum quod sit entitas successiva. ¶ Quinto arguitur sic quod non sit existens

Aliud dubiū ō motu.

ternis ſbiue i mobili mot⁹ eſt ſbiue in mouente ꝫ nõ eſt in mobili cũ idẽ nõ ſit in diuerſis ſbis. añs ꝓbaṫ:qꝛ ois mot⁹ eſt i eo cui⁹ ẽ act⁹: ſꝫ motus eſt act⁹ mouẽtis:igr̄. ℂ In oppoᵐ vr̄ eſſe phs in textu. In queſtione erũt tres articuli.

Alia difficultas circa textuꝫ incidens.

Quantũ ad pmũ ſciendũ eſt pmo ꝙ circa textũ incidit tal' difficultas vtꝝ iſta ꝓpõ ſit vã quã ponit Ariſto.ſ. ꝙ neceſſe ẽ ignoꝛato motu ignoꝛare nãm. Et vr̄ ꝙ non qꝛ dictũ eſt ꝙ nãꝫ eẽ eſt mãifeſtũ: mõ illõ qꝺ eſt p ſe mãifeſtũ nõ idiget notitia puta alicui⁹ alteri⁹ ad hoc ꝙ cognoſcaṫ:igr̄ ad cognoſcẽdũ naturã nõ eſt neceſſe cognoſcere motũ. Itẽ ſicẽ nã eſt pncipiũ mot⁹:ita eſt pncipiũ qetis: ꝫ ſicẽ nã pt cognoſci p qetẽ:ꝫ dato ꝙ mot⁹ ignoꝛeṫ non opꝫ nãꝫ ignoꝛari. Itẽ nã pt eſſe ſine motu: ꝫ pt cognoſci ſine motu. pꝫ ꝯña:qꝛ ſicẽ ſe hꝫ res ad eſſe ita ad cognoſci. In oppoſitũ eſt phs in textu.

Solutõ pdicte difficultatis.

Pro cui⁹ ſolõne ſupponiṫ ꝙ magna dĩa eſt inter iſtas duas ꝓpões neceſſe ẽ ignoꝛato motu ignoꝛare nãm ꝛ ignoꝛato motu neceſſe ẽ ignorare nãꝫ. Naꝫ pma ẽ modalis cõpoſita cui⁹ ſenſus ẽ hec ꝓpõ eſt necĩa. ignoꝛato motu ignoꝛaṫ nã. ꝛ foꝛte tal' eſt dubia. ſꝫ ſcḋa eſt diuiſa ꝛ eſt falſa:qꝛ quocũqꝫ poſ'i poſito i eſſe nũqꝫ ꝓp hoc ſit necĩuꝫ illud qꝺ eſt mere ꝯtigens ſaltẽ necĩtate ſimplr̄ dicta. ſꝫ mere ꝯtigens ẽ ꝙ ignoꝛeṫ nã:ꝫ ꝗtucũqꝫ ignoꝛeṫ mot⁹:nõ eſt necĩuꝫ ꝙ ignoꝛetur nã ideo hec eſt ſimplr̄ falſa ignoꝛato motu neceſſe ẽ ignoꝛare nãm. imo ꝓbabilr̄ ẽt dico ꝙ iſta ẽt eſſet falſa ignoꝛato motu neceſſe ẽ ignorari motũ.

Suppõ de iſto termio ignoꝛo

ℂ Scḋo ſuppõiṫ ꝙ iſte terius ignoꝛo ẽ terius ꝑuatiu⁹ iſti⁹ termi cognoſco ideo i ipſo iplicaṫ negatio. Ex ꝗ ſeqꝉ ꝙ magna ẽ dĩa inter iſtas ꝓpões ignoꝛo motũ ꝛ motũ ignoꝛo:ꝛ motu ignoꝛato:ꝛ ignoꝛato motu. Nã qñ ly mot⁹ poniṫ poſt diſtribuiṫ. qñ aũt ante ſtat determiate. ad cui⁹ vitatẽ ſufficit vitas vni⁹ ſuppoſiti. ℂ Tertio ſupponiṫ:ꝙ ſicẽ iſtõ verbũ cognoſco facit teriuꝫ ſeqntẽꝫ rectũ ab eo appellaṫ ſuã ꝓpꝛiã rõnẽꝫ. ita ſilr̄ iſtud verbũ ignoꝛo: ideo ẽ dĩa inter iſtas ꝓpões. ignoꝛo motũ ꝛ motuꝫ ignoꝛo. Nã ſenſus pꝛime eſt illã rem ꝗ eſt motus ſub ꝓpꝛia rõne ꝗ eſt mot⁹ ignoꝛo. Sed ſenſus ſcḋe eſt illã reꝫ ꝗ eſt motus ignoꝛo. ſꝫ ꝟ non ſit ꝟm illã rõnem ꝟm quam eſt motus.

Oꝰo in ꝗ ablĩus ponitur quõ põt exponi.

Sciendũ eſt ſcḋo ꝙ vt alias viſum eſt oꝰo in ꝗ poniṫ ablĩus abſolutus põt exponi p ſi qñ dũ. ꝛ ꝟꝫ hoc tal' ꝓpõ põt hr̄e mltos ſenſus. Uñ ſi exponaṫ p dũ vl' qñ. qꝺ idẽ eſt. tũc ſenſus ẽ vtꝝ ſit poĩe ꝙ nã cognoſcaṫ qñ nullus mot⁹ cognoſciṫ vl' ſic vtꝝ ſit poĩe: ꝙ cognoſcaṫ nã qñ nõ cognoſciṫ mot⁹. vl' dũ non cognoſciṫ mot⁹:ſi pmo mõ exponaṫ:tũc dico ꝙ iſta eſt poĩs:puta nã cognoſciṫ qñ null⁹ mot⁹ cognoſciṫ qꝺ põt ꝓbari:qꝛ poſſuꝫ itelligere cõpoſitũ ꝛ ptes ei⁹ aliquo mõ ſaltẽ ꝯfuſe itelligẽdo motũ nõ intelligẽdo ꝗ facto nã cognoſceṫ.ſ. mã ꝛ foꝛma dato ꝙ mot⁹ nõ cognoſcaṫ. ℂ Sꝫ de ſcḋo dico ꝙ iſta eſt ipoĩs cognoſco nãm qñ nõ cognoſco motũ. qꝛ ſi ego cognoſcã nãꝫ ego cognoſco illaꝫ rẽ ꝗ eſt nã ꝟꝫ illã rõneꝫ ꝟꝫ quã eſt nã eo ꝙ ille terius nã ſeqbaṫ. vñ nõ poſſum cognoſcere nãꝫ ꝟꝫ ſuã ꝓpꝛiã rõneꝫ qn illũ motuꝫ cognoſcã:qꝛ mot⁹ iplicaṫ in diffinitiõe nãe. iõ nã diffiniṫ p motũ. Ex ꝗ ſeqꝉ ꝙ iſta ẽ necĩa ignoꝛato motu ignoꝛaṫ nã: ꝛ ſic loqbaṫ Ariſto. Nã eni ꝓ ſe ſignificato relatiue ſe hꝫ ad motũ. iõ nõ cognoſciṫ nã ꝓ p ſe ſignificato qn mot⁹ cognoſcaṫ. ℂ Ex iſto vlteri⁹ ſeqꝉ ꝙ ſi tal' ꝓpõ exponatur p ſi qꝛ tales ꝯñe nõ ſũt bone ſi nã cognoſcaṫ mot⁹ cognoſciṫ. vl' ſi nullus mot⁹ cognoſcitur nulla nã cognoſciṫ:ſꝫ ille ſũt bone ſi cognoſcaṫ nã mot⁹ cognoſciṫ. vl' ſi nõ cognoſcaṫ mot⁹ nõ cognoſciṫ nã. Et ẽt ſi ignoꝛeṫ mot⁹ ignoꝛaṫ nã: ꝛ hoc itendebat Ariſto. ꝛ p iſta facilr̄ põt videri ſenſus fact⁹ p ly qꝛ.

Ad rõnes notabiliũ.

Sciendum est pmo qđ pro declaratione q̃õnis supponit pº ꝙ mouere non est aliud q̃ȝ aliqđ in alio causare: ita ꝙ sicut illđ qđ causat diuersificat ita ⁊ mouere. Nã si causet motus localis in aliquo vbi ibi erit mouere localr: si vero q̃litas ibi erit mouere motu alterationis. si quãtitas ibi erit mouere motu augmẽtationis. Et sic pȝ ꝙ sicut motus diuidit: ita ⁊ mouere. ⁊ ita ꝓportionabilr põt dici de moueri: aliqđ eni dr̃ moueri motu locali. aliqđ motu alterationis. ⁊ aliquid motu augmẽtationis ⁊ diminutionis. ¶ Supponit vlteriꝰ ꝙ duplex est mouẽs. s. pncipale ⁊ instrale: ⁊ ad cognoscendum ista supponit ꝙ vt dicit Scotꝰ lib. 4°. distin. 1. q̃õne. 3. Instruȝ põt capi multiplr. ¶ Primo mõ vt distinguit ꝯtra cãȝ pmã: ⁊ sic ois cã scđa põt dici cã instralis. sed hͦ est multũ capere large instrum. ¶ 2° mõ p eo qđ est po per quã totũ agit: ⁊ sic dic̃ Aristoteles in scđo de aia ꝙ organa sensuũ vel aliaꝝ pcentiaꝝ sunt instra p que toti agit ⁊ sic manꝰ dr̃ eẽ instrum p qđ hõ leuat lapidẽ. ¶ 3° mõ dr̃ instrumentũ cã actiua ad aliquã dispõneȝ pmã: ⁊ sic q̃litates actiue virtute quaꝝ aliqđ agẽs agit dicunt instra vt caliditas respectu ignis: ⁊ grauitas respectu lapidis. ¶ 4° mõ capit instrum p instro artis cuiusmodi malleꝰ dr̃ instrum. ⁊ de isto põt dici ꝙ nullã virtutẽ actiuã hȝ respectu effectus. ferra eni nõ hȝ in se nisi quãtitatẽ figuraȝ ⁊ motũ localẽ de qbus oibus pȝ ꝙ nõ sunt forme actiue. ¶ Ex isto pȝ ꝙ instra artificialia nõ sunt formalr actiua. sȝ tñ sunt receptiua eiusdã effectꝰ prioris ordinati ad effectũ vltimũ sicut eni baculus nõ hȝ virtutẽ actiuã expellendi pilã: sȝ tñ recipit motũ a mouẽte ipȝ baculũ sic etiã instra artificialia. Et si qs dicat q̃re ergo baculus pellit pilã. Rñdeo ꝙ hoc est vt duo corpora incõpossibilia nõ sint in eodẽ loco. ⁊ sȝ hͦ põt facilr distingui inter mouẽs pncipale ⁊ instrumẽtale. vñ hõ mouẽs pilã p baculuȝ dr̃ mouens pncipale ⁊ baculus istrale ⁊ lapis mouẽs se deorsuȝ dr̃ mouẽs pncipale ⁊ grauitas eius instrale ⁊ ꝓportionabilr dr̃ in alijs motibus.

Mouens est duplex.

Instruȝ qt mõis capitur.

Causa q̃re baculus pellit pilã.

Mouens ⁊ motũ est sil' q̃disgit

Sciendũ est secũdo ꝙ mouẽs ⁊ motũ esse sił põt intelligi duplr. vno mõ ꝙ sint in eodẽ loco adequato: alio mõ ꝙ sint simul simultate imediatõis. i. ꝙ nihil mediet inter mouẽs ⁊ iter motũ. Tũc ponũtur alique ꝓpões. ¶ Prima nõ oportet mouens pncipale ⁊ motũ esse simul simultate loci ꝓprij. i. nõ opȝ ꝙ sint in eodẽ loco adequato. licet aliq̃n cõtingat ita. ⁊ hoc q̃n idẽ est mouẽs ⁊ mobile. nec de ¶ Scđa ꝓpositio: mouẽs principale est simul eodem cũ moto quo ad cõtactũ virtualẽ: sed nõ opȝ ꝙ semp sint simul quo ad cõtactũ mathematicũ. Vñ duplex est cõtactus. s. virtualis ⁊ mathematicus vñ contactus virtualis est q̃n agens habȝ virtutẽ supra passum queadmodũ celũ qđ mouet ista inferiora est simul cũ istis inferioribus simultate cõtactus virtualis. ⁊ oẽ agens breuiter est simul cũ passo tali simultate. Sed ꝯtactꝰ mathematicus est q̃n vnũ tangit aliud. i. q̃n vltima aliquorũ sunt simul. ⁊ sic nõ opȝ ꝙ mouẽs principale sit semp simul cũ moto quo ad taleȝ contactũ. ¶ Tertia ꝓpõ mouens minus principale seu instrumentale vt in pluribus est simul cũ moto simultate loci ꝓprij. ⁊ hoc maxime q̃n mouẽs instrumentale est qualitas: vt grauitas lapidis est simul cũ lapide moto deorsum. Etiã qualitas seu impetus mouẽs pilã extra manuȝ ꝓijciẽtis est simul cũ pila. ⁊ notãter dicitur vt i pluribus. Nã q̃n ignis calefacit aquã: ignis est mouens principale ⁊ caliditas instrumentale: ⁊ caliditas quã aqua recipit dicit mouere ipaȝ aquã formaliter: sed nõ effectiue. vñ forma quã recipit mobile dicit formaliter mouere motuȝ: sed nõ effectiue nisi forte in motibus ꝓiectoruȝ seu violentoꝝ. vñ mobile p illã formã quã recipit ẽ in actu formali tali vbi prius erat in potẽtia formali. Jõ ex oibus istis põt cõcludi ꝙ non opȝ ꝙ mouẽs ⁊ motũ siue sit mouẽs pncipale siue instrumẽtale sit semp simul cũ moto: quo ad cõtactũ mathematicũ: vel quo ad simultatẽ loci ꝓprij: sȝ bñ oȝ ꝙ sit simul quo ad ꝯtactũ virtualẽ.

Propõ nes de eodem.

Tertio sciendũ est ꝙ circa textũ incidit talis difficultas vtrũ in mouentibus ⁊ motis sit ꝓcessus in infinitũ. Et vr̃ ꝙ sic. nã sm aristo. sortes est ꝓductus a platõe: ⁊ plato ab alio hoie vsq; in infinitũ: q2 sm aristo. nõ ẽ dabilis pmus hõ. iõ añ oẽm hoiem fuit homo. ¶ Pro solutiõe supponit ꝙ aristo. solũ hic vr̃ loq̃ de mouẽtibꝰ ⁊ motis corporeis. sȝ in. 2. methaphisice vlter loquitur de oibꝰ ondẽdo ꝙ i nullo gñe cãe ẽ ꝓcessus in infinitũ. ¶ 2° supponit ꝙ duplicia sũt mouẽtia: q̃daȝ sũt eẽntialr subordinata quoꝝ scđȝ depẽdet a prio in mouẽdo: ⁊ sũt alteriꝰ rõnis. ⁊ sił necio requirunt ad mouendũ: queadmodũ diceremꝰ ꝙ deꝰ sol ⁊ hõ essent mouẽtia subordinata. Et de istis dr̃ ꝙ in talibus nõ est ꝓcessus in infinitũ. sȝ deueniẽdũ ẽ ad vnũ pmuȝ mouẽs: qđ mouet ⁊ non mouet ab alio. Alia sũt accñtalr sbordiata q̃ꝝ scđȝ nõ depẽdet a prio lȝ possit dpẽdẽ i eẽ neq; requirit simultas eoꝝ ad mouẽdũ. neq; ꝙ sint alteriꝰ rõis queadmodũ dicẽmꝰ pr ⁊ filiꝰ ⁊ i istis bñ põt eẽ ꝓcessꝰ i infinitũ sicut ꝓbat rõ. Et aduerte ꝙ ro ipiꝰ arist. ⁊ ẽt mẽs

An in mouentibus ⁊ motis sit ꝓcessus in infinituȝ.

Mouentia qt sunt.

eius vult habere φ impossibile est esse infinita mouētia corpea. vt pz intuētī rōnem. qꝛ dicit φ oporteret aggregatū ex oibus illis mouētibus esse infinitū ⁊ p ɔñs motū esse infinitū. Et si qs dicat. si sua rō ɔcluderet etiā ɔcluderet de mouentibus accidētaliter subordinatis. naz si essent īfinita mouētia accidentalr subordīata. etiā aggregatū ex ipis eēt infinitū. Pōt dici ad hoc sustinēdo aristotelē. φ ipse nō ɔcessisset illa posse cōgregari vel ɔtinuari adinuicē. vel posset ēt dici φ sua rō nō ōniōstrat: sz solū est qdā psuasio.

mannes quō attrahit ad se ferrum.

Scīēdū est 4° φ illa difficultas est quō magnes attrahit ferruz ad se. vtz causet aliquā qlitatē in ferro p quā moueatur ferrū. Rñdet pbabilr φ magnes orbiculariter multiplicat virtutē suā tn medio susceptibili. ⁊ etiā in subo apto nato moueri a tali vtute. vñ si ferrū eēt ibi orbicularitr cāret ibi tñ qntuz posset illā qlitatē in ferro a q moueret ferrū. ¶ Uñ stramē vel festuca nō ē nata moueri a tali virtute. iō nō mouet a magnete: dato φ stramē esset iter magnetē ⁊ ferrū. silr diceret de stupore q etiā quādā qlitatē orbiculariter mltiplicat. in medio qd natū ē illā recipe ⁊ in subo qd natū ē moueri a tali qlitate. vñ manus piscatoris a tali qlitate mouet. sz ñ mouet rethe eo φ ñ natū ē moueri a tali qlitate. ¶ Et aduerte φ vt dīc cōmentator φ si magnes vngeret oleo cessaret eius attractio: qꝛ ab oleo īpediret ne vtus eius diffūdat. Et p hoc soluunt argumēta qstionis. ¶ Et si qs qrat vñ veniat φ aliqñ agēs fortius agit in distās qꝫ in nō distās. Rñdet pbabiliter φ forte hoc ē p accñs vt sol magis calefacit ptes aeris q sūt circa terrā: vel circa aliquē pietē qꝫ faciat alias ptes aeris. ⁊ hoc est pp reflexionē radioꝝ a terra. vel ab aliq alio corpe. Etiā speculū ɔcauū circa centruz suū magis calefacit qꝫ circa alias ptes. eo φ ibi est maior vnio radiorū reflexoꝝ qꝫ p pe ptes extremales. Et ex oibus istis pz quō intelligit φ oē mouēs est simul cū moto. Nā est simul vel ḃm ɔtactū mathematicū si mouēs moueat prio ipsum motū vel ḃm contactū virtualē si nō moueat p se prio. Et hec de prio articlo.

Quare agens fortius agit in distans qꝫ ñ distans.

Dubiū de ista. oē qd mouet ab aliq mouet.

Quātuz ad 2m dubitat prio vtrū ista ppositio sit vera. oē qd mouet ab aliq mouet. ¶ Pro cuius solutione supponit φ vt dicit scot. 2. sniarum distictiōe. 2. qstiōe. 10. φ ly prio pt capi dupl'r. vno mō vt idē est qꝫ ḃz se totū seu ḃz qualibet partē. ⁊ φ opponit ei qd est ḃz ptē queadmodū capiebat phs. prio in quinto phicoꝝ vbi dicit aliqd tripl'r mouet. similr i sexto ⁊ octauo huius. vbi dicit φ qcquid mouet prio in tēpore mouet i qlibet pte tēporis. Allo mō accipitur vt dicit causalitatez precisam seu adequationē queadmodū capit aristoteles i primo posterioꝝ cū dicit φ passio pmo ɔuenit suo subiecto: primo. i. adeqte. Hoc supposito dico φ rō Aristotel' bñ probat φ nullū corpus mouetur a seipō pmo ista duplici pmitate qꝛ si moueretur a seipso primo. i. ḃz se totū seu quālibet partē: tunc motus inest cuilibet parti eius qd pz qꝛ moueri hoc mō ē passio homogenea. passio aūt homogenea nō inest alicui toti prio hac primitate nisi insit cuilibz pti eius. Ex q seqtur φ si totū moueat pmo. i. ḃz quālibet ptez: φ si pgescat totū quiescit. sz scda primitas non remouet ab aliq toto pp hoc φ remouetur ab aliquo qd nō est ipsuz. nec pp hoc φ remouet ab aliq qd est aliqd eius. iō si aliqd totum moueat hac primitate nō qescit ad quietē ptis. Ex quo pz φ iplicat ɔditionē aliqd totū moueri prio hac duplici primitate. s. primitate adeqtionis ⁊ totalitatis: sz aliqd posset moueri pcise aliq primitate a seipso sic graue mouet a seipso prio ḃm primā primitatē. qꝛ ḃz quālibet sui ptez mouet. ⁊ cuilibet pti cōpetit moueri: sz nō pmo: sed inquātuz ps est in toto. vult ḡ Aristoteles pro tota resolutione φ oē qd mouet p se prio hac duplici primitate ab alio mouet. Imo impossibile est φ aliqd tali duplici primitate moueat. ideo habetur ista propō vera nihil mouetur a seipso primo tali duplici primitate.

An ad qlitates pme spēi sit p se alteratio.

Dubitatur scdo vtz ad qlitates pme spēi sit p se alteratio. ⁊ vr φ sic: qꝛ Aristoteles pbans φ ad qlitatē sit p se motus: pbat φ in ipsa est ɔrietas. sz in qlitatibus prime spēi est ɔrietas: igit cū habitus morales ɔrient adinuicē puta liberalitas ⁊ illiberalitas igit. ¶ Itē ista est p se sanatio est ad sanitatē. ḡ motus est p se ad qlitatē cū sanatio sit motus. Itez si ad tales qlitates nō esset p se alteratio hoc maximē eēt qꝛ sūt ad aliqd: vt vr pbare Aristoteles. sz hoc nō: qꝛ sunt qlitates: igit. ¶ In oppositū est Aristote. in textu. Pro cuius solone supponit prio φ vt hz Scotus quolibeto qone. 13. φ posset dici φ Aristoteles ibi nō loqt ḃm suā ppriā opinionē: sz ḃz opinionē Platonis. ⁊ hoc vr approbare cōmētator in eodē passu. ⁊ ēt vr φ sanctus Augu. īponat talē opinionē Platoni ideo vr φ fuerit opinio Platonis ⁊ nō Aristo. dic tñ ibidē Scotus φ alr pōt dici. puta φ hoc fuerit opinio Aristotel. φ ipse hoc dicit eo φ ad nullā formaz est p se motus vel mutatio. nisi talis forma ppria acqsitione possit acqri. ⁊ iō ad nullā formā est per se alteratio vel motus q solū acqrit p alia acqsita quemadmodū dictum est de relationibus: ⁊ qꝛ iste qualitates prime speciei sicut sunt habitus non acquiruntur nisi aliqua alia prius acquirantur. vt sanitas non est terminus proprius alicuius alterationis: sed aliqua alia alteratio ad aliquē gradum calidi vel frigidi. ⁊ tunc fit cōmensuratum aliis qualitatibus ⁊ tūc est sanitas

est sanitas. ideo vr̃ ꝙ ipse nõ ꝯcessit ad tales q̃litates esse per se alteratioñẽ eo ꝙ nõ ꝯcedit alterationẽ eẽ ad aliquã qualitatẽ nisi que põt pᵒ acquiri. sic ꝙ ipsa nõ tm̃ per accñs sequitur ad formã inductã sicut relatio. sed eius īductio necessario sequit inductionẽ alicuius forme prioris sed sic est ꝙ isti habitus sequunt ad pductionez actuũ ⁊ operationuz igit. ⁊ sic ad nullã sciaz vel ꝯsiderationez est per se alteratio īmediata ī tali ordine tanq̃ pᵒ alterati q̃ quidẽ pᵐ alterãs ẽ obiectũ qd̃ nõ pᵒ causat sciam nec ꝯsiderationẽ
Solutõ pdictaꝶ rõnuꝫ. sed sensationez ⁊ species sensibiles iõ restat soluere rõnes. ❡ Ad pᵃᵐ ꝯcedit ꝙ est bene cõtrarietas: sed hoc nõ sufficit. sed requirit ꝙ in ꝯceptione eiᵒ nõ necessario requiratur alteriᵒ alteratio. Ad 2ᵃᵐ dr̃ ꝙ nõ sequit sicut nõ sequitur ois hõ est per se aial album est hõ: ergo album est per se aial. Ad aliã dr̃ ꝙ tales teri sunt bñ relatiua ẽm dici ꝙ forte sufficit ad Aristotelem.

Quid ẽ pmũ intensum. **Dubitat** 3ᵒ vtrũ cuiuslibet forme intẽsibilis sit dare pᵐ intẽsũ. Rñdetur breuiter suppoñẽdo qd̃ sit pᵐ intẽsuꝫ vñ pᵐ intẽsum est instãs in quo verũ est dicere hec forma nũc pᵒ est intẽsa in hoc sbõ. vel hoc sbm nũc primo factũ est magis intẽsuꝫ. ❡ Hoc suppositio ponunt aliq̃ ppões. ❡ pᵃ nõ in q̃libꝫ in
Propositiones pdicto dubio r̃ndẽtes tẽsione est dare pᵐ intẽsum eẽ: pꝫ: qa videmus ꝙ aliqua ps aeris remissa cõtinue lucida fit magis lucida ad ꝯtinuã approximatõeꝫ corpis luminosi. sed in tali intẽsione ꝯtinua ĩpossibile est dare pᵐ intẽsum eẽ sicut ĩpossibile est dare nũc pᵒ illud in q̃ corpᵒ luminosũ factũ est magis ppinquum huic pti aeris. ❡ 2ᵃ ppõ. nõ in q̃lꝫ remissione est dare pᵐ remissũ eẽ: q̃ videmᵒ aliquã pte lucidã p ꝯtinuã elõgationem corpis luminosi ꝯtinue fieri minᵒ lucidã in q̃ remissiõe ĩpossibile est dare pᵐ remissũ eẽ sicut ĩ motu corporis illumĩnãtis ĩpossibile ẽ dare pᵐ mutatuꝫ eẽ. ❡ 3ᵃ ppõ: in aliq̃ intẽsione ꝯtingit dare pᵐ intẽsum eẽ ⁊ in aliq̃ remissione pᵐ remissuꝫ eẽ. pᵃ ps patet qa in sbõ hñte aliquã formã non in summo posset deus in istãti causare aliquã ptez forme eiusdẽ speciei ⁊ imediate in tpe sequẽte partibiliter ꝯtinue creare in eodẽ sbõ aliquã ptẽ quo posito totalis intẽsio huius forme cõphendẽs illã subitaneã ⁊ successiuã hrẽt pᵐ intensum eẽ: instãti enim dato illa forma eẽt pᵒ intensa q̃huis illa ptialis intẽsio que ponit tota continue nõ hẽret pᵐ intẽsum eẽ. 2ᵃ pars pꝫ qa deus posset aliquã partẽ forme corrũpere in instanti ⁊ in tpe ĩmediato reliquã successiue ⁊ tũc ꝫ intellectum premissuꝫ instanti dato illa forma eẽt primo remissa. Et hec de secundo articulo.

Conclu. 'o õ pre 'ctis. **Quãtum** ad 3ᵐ sit 2ᵒ rñsalis mouens est simul cũ moto vel ẽm cõtactũ mathematicum q̃ñ primo mouet: vel virtualẽ quando primo nõ mouet. ❡ Ad ratiões añ oppositum patet solutio in articulis.

Dubitabit autem vtiq̃ aliq̃s vtrum ois motus omni cõparabilis sit aut nõ.

❡ Iste est secundus tractatᵒ huius libri in quo determinat de cõparatione motuũ adinuicẽ: ⁊ diuidit in tria capl'a. In pᵒ mouet vnã q̃ñẽ. s. ois motᵒ sit oĩ motui cõparabilis in velocitate ⁊ tarditate. Et pbat pᵒ ꝙ nõ duabᵒ rõibᵒ. ❡ pᵃ qa tũc sequeret ꝙ motᵒ rectᵒ motui circulari eẽt cõparabilis: sed h̃ est falsum. qa si eẽnt cõparabiles adinuicẽ tũc spaciũ circulare ⁊ spaciuꝫ rectũ eẽnt cõparabilia adinuicẽ: qd̃ est f̃lm: igit. ❡ 2ᵃ rõ: qa tũc sequeret ꝙ motᵒ localis eẽt cõparabilis motui alterationis ⁊ per ꝯñs eq̃litas penes quã attẽdit velocitas in motu alteratõis esset eq̃lis magnitudini cũ spacio penes qd̃ attendit velocitas in motu locali. ꝯñs est f̃lm: igit. Tractatᵒ diuisio.
❡ Deinde arguit ad partẽ affirmatiuã duabᵒ rõnibᵒ. ❡ pᵃ tã motᵒ circularis q̃ rectᵒ est velox vel tardus: g̃ motᵒ rectᵒ vel circularis sũt eq̃liter veloces vel ineq̃liter. ⁊ per ꝯñs sunt cõparabiles adinuicẽ. 2ᵃ rõ motᵒ rectus ⁊ circularis pñt fieri in eq̃li tpe g̃ possunt esse eque veloces. ⁊ per ꝯñs cõparabiles adinuicẽ. Rõnes arguentes ad p tẽ affirmatiuã.
❡ Coñter ponit cõditiones cõparabiliũ adinuicẽ pᵃ est illã in quo debet fieri cõparatio aliquoꝝ adinuiceꝫ nõ dꝫ eis cõpetere equiuoce sed vniuoce qd̃ p. sic exẽplariter nã lꝫ acutũ ꝯueniat stillo vino ⁊ voci: q̃ tñ ꝯuenit ipsis equiuoce. iõ talia nõ cõparant in acuitate adiuicẽ. Et subdit ꝙ si aliq̃d equiuoce de aliquibᵒ dicat etiam diffinitio illiᵒ dicetur equiuoce de illis. Cõditiones reqsite adinuicẽ cõparãtiũ
❡ Secũda conditio ꝙ cõparabilia habeant idẽ susceptiuũ pmuꝫ ita ꝙ illa que cõparantur adinuicẽ cõueni it in aliquo susceptiuo defectu cuius vox nõ est cõparabilis melli in dulcedine. 3ᵃ ꝯditio ꝙ cõparatiua debent adinuicẽ cõparari ẽm spẽm spẽlissimã ⁊ nõ ẽm genᵒ vt non dicimᵒ ꝓprie ꝙ vna res est magis colorata q̃ alia. Alia cõditio.

Sic ⁊ circa motũ eque velox qd̃ in equali tpe mouet equale ⁊ tm̃ lõgitudinis in tali.

❡ Istud est secũdũ capitulũ in quo pbus determinat de cõparatione motuũ in spẽli suppoñẽdo ꝙ illa equaliter mouẽtur que in equali tempore ẽm equale mouẽtur eadem specie motus. Que sũt illa q̃ eq̃liter mouentur.
❡ Deinde ponit tres cõclusiones. Prima nulla alteratio est cõparabilis seu eque velox cum mutatione locali: quia talia non sunt eiusdem spẽi neq̃ eiusdẽ generis: igitur. ❡ Secũda cõclusio motus circularis nõ est cõparabilis motui recto: quia linea circularis nõ est commẽsurabilis linee recte igit. ❡ Et si quis querat quare est ꝙ isti motus nõ sunt cõparabiles. respondet ꝙ maxime est qa fiunt per dispositiões seu

magnitudines que dfnt spe. ¶ Consiter exclu/dit aliã qõnẽ: qreret eniʒ aliq̃s vtrũ qa aliq mo/tus fiunt per diuersa instra: ideo dicanf nõ eẽ cõ/parabiles sicut mot⁹ volandi ꝛ mot⁹ ambulandi. Correlarium. Rñdet ꝙ instrorũ diuersitas nõ impedit. Et istis ex ꝑ infert vnũ correlariũ dicẽs ꝙ illi mot⁹ qui non sunt eiusdẽ speciei nõ sunt cõparabiles adinuicẽ. saltẽ si fiant ſm dispositiones dfnt̃es specie ga vbi est equiuocatio ibi nõ est cõparatio: sed in dfntib⁹ spẽ est equiuocatio qa in gñe latẽt eq̃uocationes. Quot sunt equiuocationes. ¶ Et subdit ꝙ triplices sunt equiuocationes quedã sunt multũ distãtes sicut ẽ i eq̃uocatione a cãu: quedã sũt per quãdã silitudinẽ. sicut in equocatione a cõsilio: ꝛ quedã sũt ꝓxime sicut species in genere. ¶ 3ª 2ᵒ. possibile est alterationes inter se eẽ cõparabiles qa possibile est ꝙ aliqua duo simul sanẽtur. ꝛ sic ille sanationes erũt eque veloces. Et si qs dicat sicut ſm quantitateʒ aliqd dr̃ equale. ita ſm qualitatem aliud dicitur simile: ergo vna alteratio nõ dʒ dici eq̃lis neqʒ velox alteri. Rñdet ꝙ alteratio dr̃ eque velox que est ſm eandẽ qualitatẽ in equali tpe qḋ tpus est qualitas. Et dicit ꝙ ad hoc ꝙ alique alterationes cõparenf adinuicẽ requirif ꝙ sint ad q̃litates eiusdẽ spẽi ꝛ hʒ eq̃les gradus. Et subdit ꝙ ad hoc ꝙ alterationes dicanf oĩno eque veloces opʒ aspicere ad q̃litates ꝛ subiecta. Nã pp qualitatẽ ꝛ sbã vna alteratio ẽ velocior altera. ¶ Finaliter ondit quõ gñationes Conclusio osten dẽs quõ gñatõẽs ꝛ corruptiones sunt eq veloces ꝛ corruptiones sunt eque veloces ꝛ ponit taleʒ cõclusionẽ. gñationes ꝛ corruptiones dnr̃ eque veloces que sic se habent ꝙ per eas in eq̃li tpe generantur res eiusdeʒ speciei: vt si in eq̃li tpe gñantur duo homines generationes eorũ dicũtur eque veloces. Et ex hoc vr̃ sequi ꝙ aliq̃ gñatio sit successiua cum fiat in tempore. Et hoc potest esse verum de generationibus formarũ corporalium ꝛ materialium.

Quoniã aũt mouẽs mouet semp aliquid ꝛ in aliquo ꝛ vsqʒ ad aliquid. Dico autẽ in aliquo quia in tpe: vsqʒ aũt ad aliqd. quia ad quãtam aliquã lõgitudinẽ: semper eniʒ simul mouet ꝛ mouetur. q̃re quãtũ aliquid erit quod motũ estꝛ est etiam in quãto.

¶ Istud est 3ᵐ ꝛ vltimũ capl̃ʒ hui⁹ libri in quo Septeʒ regule de cõparatõe motuũ ad mo uentia. phs ponit septẽ regulas de comparatiõe motuũ ad mouẽtia. ¶ Pᵃ si aliq̃ virt⁹ moueret mobile maius per aliqḋ spaciũ in aliquo tpe eadeʒ vel equalis mouebit medietatẽ illius mobilis per duplex spaciũ in eodem tpe. ¶ 2ª regula. Scḋa. si aliqua virt⁹ moueret aliqḋ mobile per aliquod spaciũ in equali tpe eadẽ vel equalis virt⁹ mouebit medietatẽ illius mobilis per idẽ spaciuʒ imediate illius tpis. Et istas duas rñas probat: simul: qa motus velocitat ſm ꝓportionẽ mouentis ad resistẽtiã mobilis. ¶ 3ª regula. si aliqua 3 virt⁹ moueret aliqḋ mobile per spaciũ aliquod in aliquo tpe eadẽ vel eq̃lis mouebit idẽ mobile per medietateʒ spacij imediate tpis. ¶ 4ª si Quarta aliqua virt⁹ moueat aliqḋ mobile per spacium aliqḋ in aliquo tpe. media virt⁹ mouebit in eq̃li tpe medietatẽ illius per idẽ spaciũ. ¶ 5ª regula. si aliqua virt⁹ mouerit aliqḋ mobile p aliqḋ Quinta spaciũ in aliquo tpe nõ opʒ illã virtutẽ mouere duplex mobile in duplici tpe per idẽ spaciũ. qa forte nullo modo poterit ipsum mouere. motor enim non potest aliquid mouere nisi vtus eius excedat resistẽtiam mobilis. ¶ Sexta regula. si Sexta. aliqua virt⁹ moueat aliqḋ mobile per aliqḋ spaciũ in aliquo tpe nõ est necesse medietatẽ illius vtutis mouere idẽ mobile in eodẽ tpe per medietatẽ illius spacij: qꝛ forte nõ poterit mouere. Septĩa. ¶ 7ª regula. si vna virtus mouet vnũ mobileꝛ altera alterũ per aliqḋ spaciũ in aliquo tpe aggregatũ ex illis virtutib⁹ mouebit aggregatuʒ ex illis mobilibus in eodẽ vel equali tpe ꝛ per idẽ spaciũ qꝛ sp manebit eadẽ ꝓportio. ¶ Et aduerte ꝙ sicut predicte regule tenent de motu locali. ita ꝓportionabiliter tenent de motu alterationis ꝛ augmentationis. Circa tertium.

An ois mot⁹ sit oi motui comparabilis.

Q ueritur vtrũ ois mot⁹ sit oĩ motui cõparabil. ¶ Et arguitur primo ꝙ sic: quia omnis motus est velox vel tardus. vel ergo est eque velox vel velocior: aut minus velox cũ alio: ꝛ sic est cõparabilis. ¶ 2ᵒ arguif sic ſm phm octauo huius motus celi est primus ꝛ velocissimus oim motuũ g̃ est cõparabilis oĩ motui alteri a se: igif. ¶ 3ᵒ arguitur omnes motus eadem mẽsura mensurantur. s. tpe. sʒ oĩa q̃ eadẽ mẽsura mẽsuranf videntur adinuicẽ esse cõparabilia. g̃ ois mot⁹ ẽ alteri motui cõparabilis. ¶ 4ᵒ arguif sic mot⁹ sursum ꝛ deorsum q dfnt spẽ pñt cõparari i velocitate ꝛ tarditate: igr̃ ois mot⁹ est oĩ motui cõparabilis. ¶ 5ᵒ arguif sic. si non ois mot⁹ esset cõparabilis oĩ motui hoc esset quia nõ ois motus est eiusdẽ speciei specialissime: cum oĩ motu. sʒ ẽ fl̃m: qꝛ motus diurn⁹ solis est velocior alteratione: ꝛ tñ non fuit eiusdẽ speciei: igitur. ¶ In oppoᵐ est phs in textu. ¶ In qõne erũt tres articuli. Quantum ad primum.

Quid ẽ cõparatio.

Sciendũ est pᵒ ꝙ cõparatio est duarũ rerũ vel vni⁹ vt duarũ in aliq̃ 3ᵒ collatio ſm eq̃le vel ineq̃le magis vr̃ minus. ¶ Ex quo sequif ꝙ ad cõparationẽ tria reqrũtur. s. duo q̃ cõparanf. ꝛ 3ᵐ in quo cõparanf. Et quid ad cõparationẽ requirif. si dicat ꝙ reqrif aĩa ꝛ etiaʒ ꝯcept⁹ per quos aĩa cõparat. Rñdef ꝙ ad actualẽ cõparationẽ certe aĩa requirif tanq̃ pncipale cõparãs ꝛ etiã conceptus cõparabiliũ tanq̃ instra quib⁹ aĩa cõparat. Et notãter dr̃ in diffone vni⁹ vel duoruʒ: qa vnius ad

vnius ad se pōt esse cōparatio. vt dicēdo sortes est albior nūc ꝙ heri. ¶ Et si qs dicat: nihil dr̄ eē in duob⁹. ꝗ nulla pōt eē cōparatio ꝓpria. sed ois abusiua que fit qñ cōparabilia nō ꝯueniūt i tertio in quo cōparanť: vt de⁹ est melior diabolo de quo als̄ visum est in sūmulis. Rñdeť ꝙ lȝ idē numero nō sit in diuersis tn̄ bn̄ idē gn̄e vel specie. ¶ Et si qs iterū dicat. plura plurib⁹ pn̄t cōparari: ꝗ male dr̄ ꝙ cōparatio est vni⁹ ad aliū. Rñdeť ꝙ lȝ plura plurib⁹ cōparenť plurib⁹ cōparationib⁹. tn̄ vna cōparatione vnū tm̄ vni cōparatur. Et aduerte ꝙ qñqȝ aliq̄ cōparanť imediate in vno vt hō ⁊ asinus in albedine. qñqȝ imediate in duob⁹ ⁊ mediate in vno. vt dicēdo

Quid ꝙ sortes est ita alb⁹ sicut plato ⁊ niger. Et sic pȝ reqriť quō ista cōparatio est in trib⁹. ⁊ imediate i duo ad hoc b⁹. s. albedine ⁊ nigredine. ⁊ mediate in vno. s. ꝙ aliq d intēriōe. ¶ Aduerte vlteri⁹ ꝙ ad h ꝙ aliq̄ i ali i aliq̄ cō g cōparenť os ꝙ illū suscipiat magis ⁊ min⁹: iō pareťur sortes ⁊ plato nō cōparanť in hoie: qꝛ hō nō suscipit magis neqȝ min⁹ vt als̄ visum ē i logica. ¶ 2⁰ reqriť ꝙ cōpatio ꝓpe fiat in aliq̄ vniuoco qō suscipiat magis ⁊ min⁹. ¶ Aduerte tn̄ ꝙ cōpatio min⁹ ꝓpe fit i equoco a ꝯsilio. Nam qñqȝ dicim⁹ hoiē picrū eē pulchrioꝛē hoie viuo mō ꝯstat ꝙ pulchritudo dr̄ equoce de viuo ⁊ picto lȝ in equocis a cāu nūꝗ̄ fit cōparatio. ēt in gn̄e nō ita ꝓpe fit cōparatio sicut in spē spālissima: lȝ vt in plurib⁹ fit cōparatio in forma specifica.

Secundo

sciendū est ꝙ circa tertiū icī. dit vna difficultas vtrū ꝗl bet res sit cōparabilis alteri rei in perfectione. Pro cui⁹ solutione est aduertēdū ꝙ rei dupler attribuiť pfectio. vna eēntialis que nō est aliud ꝗ̄ ipsamet res in tali vel in tali gradu pfectiōalī. Alia est accn̄talis quā hȝ res per q̄litates vl̄ aliq̄ accn̄s ipam pficiēs vt hō qui meliores ⁊ pfectiores hȝ q̄litates pfectior est pfectione accidētali ꝗ̄ alius hō nō hn̄s ita perfectas qualitates. ¶ Et si qs querat vtrū vna res sit pfectior alia pfectione eēntiali seu pfectione entitatiua. Rñdeť ꝙ sic imo ipossibile est duas species vel duo dn̄tia spē eē eq̄lis pfectionis eēntialis imo vna est semp pfectior alia. ¶ Et si qs arguat. ois eq̄liter distant a pfectione pmi seu dei: iō ꝙ pfectior pmi est ifinita. ⁊ oium aliorū finita. mō a perfectione infinita ois pfectio finita eq̄liter distat. sicut si esset magnitudo infinita: tunc magnitudo bipedalis nō magis attingeret eā ꝗ̄ magnitudo pedalis qō est fīm. Rñdeť ꝙ enim ita eq̄liter distare a perfectione pmi pōt dupl'r itelligi. Uno mō sic ꝙ quocūqȝ gradu pfectōis addito vni nūꝗ̄ posset attīgere pfectionē pmi. ⁊ sic bn̄ verū est. Alio mō ꝙ vna non magis appropinquet deo quo ad pfectionē aliquā: ⁊ sic nō est verū imo dico ꝙ vt dicit scot⁹ li. 4. di. 11. q. 2. ꝙ in deo sunt multe perfectiōes simpl'r. iō illud est simpl'r pfecti⁹ qō est sibi ꝓpinquius hȝ illā rōnem pfectioꝛē. Uñ vt dicit phs in 3⁰ topicoꝝ: nō sequitur simiā esse melioꝛē equo: lȝ ipa sit similioꝛ homini: qꝛ nō est similioꝛ hoī in cōditionib⁹ nobilioꝛib⁹ simpl'r iō illud qō est similius deo in conditione nobilioꝛi illud est perfectius. ¶ Et aduerte ꝙ conditio simpl'r in deo nobilioꝛ est intellectualis: ideo homo est simpliciter nobilioꝛ celo: quia magis appropinq̄t deo in conditione nobilioꝛi ꝗ̄ celuȝ. ¶ Aduerte finaliter ꝙ sicut in deo sunt multe perfectōes simpliciter: ita possunt esse tot oꝛdines perfectionū in entibus. Unde est vna perfectio simpliciter i deo que est necesse esse. ⁊ sic quanto aliquid est magis necessariuȝ: tanto illud est propinquius deo quo ad illam perfectionem seu in illo oꝛdine. ⁊ sic celum est deo propinquius quocunqȝ coꝛruptibili ⁊ sic perfectius est musca homine: tamen homo simpliciter est perfectioꝛ: quia magis appropinquat deo quo ad conditioneȝ simpliciter perfectioꝛem scilicet intellectualitatem ⁊ postea sensitiuum ⁊ postea vegetatiuum. ideo musca simpliciter est perfectioꝛ celo: licet celum ꝫm quid sit perfectius.

Sciendū

est 3⁰ ꝙ q̄tū ad pn̄s suffic dicē: aliq̄ pn̄t cōparari adiuicē dupl'r vno mō ꝓprie: puta ꝫm certā q̄ntitatē excessus vni⁹ supꝛa aliū. ⁊ sic dico ꝙ nulle res spē dn̄tes sic cōpanť adinuicē i entitate vel i essentia: iō si qs q̄reret: hō est pfectioꝛ asino: vel ꝗ in vno gradu vel in duob⁹. Rñdeť ꝙ nō est dabilis certa q̄ntitas excessus ei⁹ ad equū. iō vr̄ seq coꝛrelariū ꝓbabile ꝙ pfectio idiuidui supioris spēi i ifinitū excedit idiuiduū de spē iferiori: qꝛ q̄ntūcūqȝ multiplicet pfectio idiuidui iferioris nō attingēt idiuiduū spēi supioꝛis. vt q̄ntūcūqȝ multiplicet pfectio asini ēt si ꝫm imaginationē posset intēdi ⁊ remitti nunꝗ̄ attingeret pfectionem hoīs. ¶ Et si qs arguat: ꝗ homo est in ifinitū perfectioꝛ asino: ꝗ in infinituȝ est perfect⁹: Scdo: qꝛ si eēt vn⁹ asin⁹ ita. perfect⁹ sicut omēs asini: ille eēt in infinituȝ perfect⁹. qꝛ aliquā pfectionem finitā dataȝ infinities ꝯtineret. ¶ Rñdetur ad primaȝ negando ꝯn̄aȝ: qꝛ ibi arguiť a dicto ꝫm qd ad dictū simpl'r. Nam eē in infinitū pfectius illo nō est eē pfectū nisi in respectu. ¶ Ad 2ᵐ pōt dici ꝙ licet vn⁹ asin⁹ esset ita perfectus sicut oēs asini qui sunt vel pn̄t eē: nō ñ esset infinite perfect⁹: imo forte ita pfectus essȝ vnus sicut oēs simul capti: ⁊ etiam lȝ vna perfectio aliam infinities excederet nō tn̄ ꝓpter hoc esset infinita: cum sint diuersarū rōnū. ¶ Alio modo aliqua possunt comparari ꝓpe que hȝ certam quantitatem excessus vnum excedit aliud quēadmodū dicim⁹ ꝙ albedo quatuoꝛ graduū

Quot modis aliq̄ adinuicē cōparanť.

Quot pfectiōes attribuunť rei.

Alia qō.

Coꝛrelarium.

quotmodis itelligiť eq̄liter distare a pfectiōe.

Aliud argᵐ.

Solutō pdictoꝝ argumētoꝝ.

excedit albedinē duoꝝ graduū. Et ex isto seqꝰ ꝙ aliq̄ duo solū nūero dr̄ia pn̄t cōparari ad inicē in entitate ſm certā quātitatē excessus: vt albedo trium graduum ⁊ albedo duorum.

Sciendū est 4º ꝙ pro solutiōe aliquaꝝ difficultatū ponunt aliq̄ ꝓpositiōes ꝓbabiles. ¶ pª. oēs motꝰ locales sūt adinicē cōpabiles. quoꝝ velocitas attēdit penes liſſis distātiā: q: qbus eodē tp̄e eq̄les linee ptrāseūtur sunt eq̄ veloces: ⁊ qbꝰ inēq̄les differūt in velocitate ⁊ tarditate. Et quo sequit ꝙ motꝰ circularis est cōpabilis motui recto: imo multi phi voluerūt demōstrare lineā circularē esse equalē lī nee recte: sicut alexādrinides voluit h̄ ꝓbare. ¶ Et si quis dicat: dicit aristoteles in tertu ꝙ illi motꝰ non sunt cōparabiles in velocitate ⁊ tarditate. ¶ Rn̄det ꝙ aristoteles h̄ nō voluit dicere ondē do ꝙ motus circularis ⁊ rectꝰ differāt spē neqꝫ linea recta ⁊ circularis. sed solū volebat dicē ꝙ velocitas ⁊ tarditas nō sunt spēs spālissime: sꝫ gn̄ia ꝯtinētia multas spēs q̄ nō h̄nt noīa imposita. velocitas eni motꝰ alterationis est alterius spēi a velocitate motus localis. ⁊ q: dixit ꝙ in gn̄e ꝓp̄ie nō ē cōpatio: iō hoc volebat manifestare cū dicebat ꝙ motꝰ circularis ⁊ rectꝰ nō cōparatur adiuicē in velocitate ⁊ tarditate: tn̄ simpliciter cōparant in velocitate ⁊ tarditate vt velocitas ⁊ tarditas determinant ad motꝰ locales Ex quo sequit 2ª ꝓpositio ꝙ motꝰ sursū ⁊ motus deorsū sunt cōpabiles adiuicē. Sequit ēt alia ꝓpositio ꝙ oēs motꝰ locales q fiūt ſm lineas cōpabiles sic sunt oēs linee recte iter se. ⁊ linee circulares: sunt cōpabiles adinuicē in velocitate ⁊ tarditate. ¶ 4ª ꝓpositio: oēs augmētationes sūt cōparabiles adinuicē: q: attendunt penes similia spacia. ⁊ ēt oēs dimēsiones. sꝫ de alterationibꝰ dico ꝙ oēs alteratiōes q̄ sūt ad q̄litates eiusdē spēi pn̄t cōparari adiuicē vt due calefactiōes. Dico ēt ꝙ oēs alteratiōes q̄ pn̄t attēdi penes similia spālia pn̄t ꝓp̄ie cōpari adinuicē. iō pt̄ ꝓbabilr̄ dici ꝙ alteratiōes facte sꝫ eādē ꝯrietate vt calefactio ⁊ frigefactio possūt cōpari adiuicē. Et hec de pº articlo. Quātū ad 2m

Penes qd attēdif velocitas ⁊ tarditas in motu.

Dubitat pº penes qd attēdif velocitas ⁊ tarditas in motu. Pro cuiꝰ solutiōe supponit pͣmo ꝙ velocitatē attendi penes aliqd nō est aliō q̄ velocitatē cognosci ꝑ illud. 2º supponit ꝙ in velocitate duo sūt ꝯsiderāda. s. spaciū ptransitū: ⁊ illud a q̄ ꝓcedit. s. cā 3º supponit: velocitas coīter sequtur illud ad cuius multitudinē mltiplicaf. ⁊ ad cuꝰ mediatiōnē mediat. 4º supponit: ꝙ si debeat fieri motꝰ opꝫ ꝙ sit excessus motoris sup mobile. s. ꝙ motor sit maioris v̄tutis in mouēdo q̄ mobile in resistēdo. ¶ His suppositis ponunt aliq̄ ꝓpositiōes. pª velocitas nō seqꝰ potentiā motoris sic

Quot sunt veloci tate sūt considerāda.

ꝓpositiōes ꝯ ꝑdictis

vꝫ ꝙ ꝓportionabiliter intēdat sicut v̄tus motoris ⁊ remittat sicut v̄tus motoris: q: nō oꝫ ꝙ si v̄tꝰ motoris in duplo remittat ꝙ velocitas motus in duplo remittat. pꝫ q: virtꝰ sub duplo motoris forte nullo mō poterit mouere mobile. Et si qs arguat motꝰ sequit potētiā motoris sicut effectꝰ cām: igit ad maioratiōnē cāe augebit ꝓportionabiliter effectꝰ ⁊ eꝯ ad diminutionē cāe diminuet effectꝰ. Rn̄det ꝙ effectꝰ ad cāꝫ est bona ꝓportio q̄ nō est nisi ꝓportio ꝓducti ad ꝓducēs. Sed nō oꝫ ꝙ sit ꝓportio in effectibꝰ ad proportionē cāꝝ. ¶ 2ª ꝓpō velocitas nō sequit resistētiā: sic ꝙ sit eadē ꝓportio velocitatis qualis est ꝓportio resistētie: q: si motor vt sex moueat q̄tuor nō oꝫ ꝙ duplā resistētiā que esset octo moueat tardius i duplo imo nō mouebit. Et si qs arguat: q: quāto resistētia est minor tāto velocitas est maior: ḡ velocitas motꝰ sequit resistētiaꝫ añs pꝫ per experiētiā: ⁊ etiā hoc vr̄ velle Aristoteles in tertu. Rn̄det ꝙ si ly quāto denotet solā augmētationē añs est veꝝ: sed non valet ꝯn̄a. si aūt denotet ꝓportionē velocitatis añs est fl̄m. ¶ 3ª ꝓpō: velocitas nō sequit excessuꝫ seu augmētationē excessus potētie mouētis: sic ꝙ proportio velocitatis sit sicut ꝓportio excessus. qa sequeret ꝙ duodecim velocꝰ mouerēt decē q̄ duo vnū qd̄ est falsum. Et si qs arguat: sꝫ diminutionē excessus diminuit velocitas: igit. Añs pꝫ: qa si i īfinitū diminuat excessus: in īfinitum diminuet velocitas: igitur. Rn̄det ꝙ bn̄ diminuet velocitas ad diminutionē excessus. sꝫ non ꝓportionabl̄r. ¶ 4ª ꝓpō: velocitas motuū in potētijs nāliter agētibꝰ cū resistētia sequit proportionē potētie motoris ad resistētiā: sic videlicet ꝙ quāto ꝓportio est maior: tāto sit motus velocior. ¶ Sꝫ ꝯ h̄ af: qa tūc seq̄ret ꝙ ois motor eq̄lis moueret eq̄lē resistētiā eq̄liter ꝙ ē fl̄m qa fortꝰ mouet a ꝓpe q̄ a lōge: igr. Rn̄det qd̄ oꝫ itelligi dūmō sit eq̄lis applicatio: qd̄ non est hic. Scdo sic: qa seq̄ret ꝙ fortes in īfinitū possꝫ velociter mouere lapidē: q: ſm diminutionē lapidis pōt augeri ꝓportio potētie motiue super resistētiā: sed lapis pōt diminui in īfinitū: igit. Rn̄det negādo ꝯn̄am. qa seruata eadē poª motoris nō pōt resistētia in infinitū minui nāliter nō eni solū resistit grauitas lapidis forti ꝓijcienti sed grauitas mēbroꝝ impetū imprimētiuꝫ ⁊ mediū diuidentiū. vn̄ pōt lapis tm̄ diminui ꝙ nō erit receptiuus illius impetus.

Scda ꝓpositio.

Tertia.

Quarta

Argmꝫ ꝑdicta.

Dubitat 2º penes qd attēdif velocitas motꝰ local ex pte effectꝰ. Pro cuius solutione supponitur ꝙ velocitas motus prout nunc ad propositū est. pōt attēdi ex parte duorum: scilicet ex parte cause ⁊ ex parte effectꝰ dubiuꝫ precedēs querebat ex parte cause ⁊ istō querit ꝯ parte effectus. ¶ Hoc supposito ponū tur alique

Penes qd attēdif vel motus localis

tur alique propositiones. Prima velocitas motus localis recti nō attēditur penes spacium corporale pertrāsitū in tāto vel tāto tpe:qz sequeretur φ totū velociori motu moueref: φ pars:qz maius spaciū ptrāsit φ medietas qa totū mai⁹ spaciū corporale in duplo describeret φ medietas in eqli tpe ꝛ sic̄ qd posset fieri de spacio superficiali. ¶ 2ª ppō:in motu locali recto attendit velocitas penes spaciū lineale descriptū ab ipso mobili in tāto vel tanto tpe. qd pbaf: qz velocitas attēdif penes spaciū ꝛ nō corporale nec superficiale. igit attēdif penes spaciū lineale. ¶ 3ª propositio velocitas motus localis recti nō attēdif penes spaciū lineale totale exñs intra terinum a quo ꝛ terium ad quē qz tūc sequeref φ tardius motū velocius moueref φ mobile veloci⁹ motū vt ponēdo casum φ sint due linee iter duos parietes. vna magna φ ūsq attingat duos parietes:ꝛ alia pua. ꝛ volo itez φ incipiāt sil moueri ꝛ sil tāgat aliū parietē:tūc ille due linee in eqli tpe trāseūt eqle spaciū:ꝛ tñ vna velociori motu mouef:puta pua φ alia. ¶ 4ª ppō: velocitas mot⁹ localis recti attēdif penes spaciū lineale vez vel imaginariuz descriptū a pūcto me⁹ vel equalēti corporis moti in tāto vel in tanto tpe. Et notāter dr equalēti:qz si fieret ɔdēpsatō ipius mobilis nō maneret idē pūct⁹ medi⁹ nisi ꝑm equalētiā. ¶ Sed de motu circulari ponif talis ɔ° velocitas mot⁹ circularis attēdif penes spaciū ptrāsitū in tāto vel in tāto tpe. ¶ 2ª ɔ°: dicta velocitas attēdif penes spaciū lineale vez vel imaginariū descriptū a puncto velocissime moto ipi⁹ mobilis in tāto vel in tāto tpe. Et notāter dr: vez vel imaginariū pp vltimā sphera3 que nō describit spaciū verū vel imaginariuz.

Propositiones eisdē. — Scda. — Tertia — Quarta — Cōclo d motu circulari.

Dubitatur

3° penes qd attēdif velocitas in motu augmētatōnis. ¶ Pro cuius solone ponunt aliq ppōnes. ¶ Pª velocitas augmētationis nō attendif penes φtitatē acquisitā in tāto vel in tāto tpe. qd probaf ꝛ ponat φ in aliquo tpe vni pue herbe acqraf φtitas digitalis per ɔuersionē alimenti:ꝛ tñ vni magne arbori acqraf eqlis quātitas in eqli tpe tūc ɔstat φ cuilz aduenit equalis φtitas in equali tpe:ꝛ tñ nō iudicanf equalr esse augmētata. nā augmētatio herbe sensibilr percipif ꝛ nō augmētatio arboris:igif. ¶ 2ª ppō velocitas augmētationis nō attendif penes proportionē quātitatis acqsite ad quātitatē preexistētē. nā si sic sequeref φ essent due augmentationes quaz vna nō esset velocior alia neqz tardior neqz equalis:nā ponendo φ a sit corp⁹ pedale ꝛ augeatur in hora acqrēdo sibi quātitatē pedalē sic φ fiat bipedale ꝛ b. sit corp⁹ pedale ꝛ augeaf in eadē hora acqrēdo φtitatē bipedalē sic φ b. in fine sit tripedale tūc quātitatis acqsite pmi. s. a. ad quātitatē preexistētē est pportio eqlitatis ꝛ respectu ipi⁹ b. ē pportio ineqlitatis q̄ nō cōparanf adiuicē:igif nec augmētatōes. ¶ 3ª ppō velocitas augmētatōis attendif per nes pportionē cōpositi ex quātitate preexistente ꝛ quantitate acquisita ad preexistentē solū in ordine ad tps. vt si pedale acquirat sibi in hora quantitatē pedalē ꝛ b. quantitatē bipedalem tunc in augmētatione ipsius a. proportio cōpositi ex preexistente ꝛ acquisita ad preexistens solum est dupla. ꝛ in augmentatione b. est tripla. modo in quali pportione se habet dupla ad triplam in tali proportione se habet b. ad augmētationem a. Sed de motu alterationis ponitur vna suppositio ꝛ vna conclusio. Suppositio est hec φ in alteratione inuenitur duplex successio scilicet ꝑm intensionem ꝛ ꝑm extensionez. Tūc sit hec conclusio velocitas alterationis attenditur penes qualitatē acquisitam in tanto vel tāto tempore absolute. verbi gratia. vt si duobus subiectis siue equalibus siue inequalib⁹ i eadē hora acqranf qualitates equales ista erūt eque velociter alterata. Et hec de secūdo articulo.

Velocitas i motu augmētationis penes qd attēdif. — Cōclo et suppō d motu alteratōie

Quantuz

ad 3ᵐ fit conclusio responsalis non ois motus est omni motui comparabilis comparatione proprie dicta. ¶ Ad rationes ante oppositum. ¶ Ad primā dicitur φ velox nō dicif de motib⁹ sicut species specialissime. ideo non oportet φ ois motus sit comparabilis omni motui in velox vel tardum imo dicunt multi φ velox vel tardum dicuntur equiuoce de motib⁹ differētib⁹ specie. ¶ Ad secundam dicitur φ talis motus bñ est cōparabilis omnis motui locali. sed nō cuilibz alteri motui cōparaf. Et similiter ad alias rationes patet quid sit dicendum in articulis.

Cōclo d pdictis.

¶ Explicit septimus liber phisicoruz.

¶ Incipit octauus liber phisicorum.

Utrum aūt factus sit aliquādo motus cū non esset pri⁹ ꝛ corrumpif itez sic φ moueri nihil sit:aut neqz factus est neqz corrūpitur sz erat semp ꝛ erit. Et hoc imortale ꝛ sine quiete existit in his que sunt. vt vita quodda ens per naturam omnibus subsistentibus.

Ste est

octauus liber phisicoz in quo phs inqrit qd sit prim⁹ motus:prim⁹ motor ꝛ primū mobile. Et diuiditur i quatuor tractatus. ¶ In primo determinat de perpetuitate motus ꝛ continet qttuor capitula. In primo ponit opiones antiquoz de perpetuitate motus:mouēs pmo hāc

Initium libri octaui diuisio.

questionē vtrū motus aliqñ fit factus: sic φ ante nihil moueret. ⁊ vtrū aliqñ desinet esse: sic φ postea nihil mouebitur: vel vtrū nunφ incepe rit esse ⁊ desinet esse. Et de hoc recitat tres opiniones antiquoꝝ. ¶ Prima fuit democriti dicen/ tis φ semp fuit mot⁹. ⁊ hec fuit opinio eoꝝ qui dixerūt mūdos eē infinitos. dixerūt eniꝫ semp ꝑpetu esse generationē ⁊ corruptionē aliquoꝝ mūdoꝝ: sed necesse est generationē ⁊ corruptionē eē cū motu. ideo dicebāt semp eē motū. ¶ 2ª opinio fuit anaxagore dicētis nō semper fuisse motū. sed aliqñ ipsum incepisse: sic φ nunφ prius fuisset: dixit enim mundū semp esse genitum ⁊ nunφ post debere corrūpi: nam ꝑm eū aū mundi cōstitutionē res per infinitū tps quieuerūt in vno ꝯfuso chaos ⁊ postea ab itellectu diuino se questrate sunt. ⁊ sic cōstituit⁹ est mūdus ⁊ tūc icepit motus φ nūc desinet. ¶ 3ª opinio fuit empedoclis ponētis motū nō semp fuisse: sꝫ aliqñ incepisse ⁊ aliqñ desinere esse. s. adueniēte amicitia reꝝ ⁊ iteꝝ adueniēte lite ꝯstituit mūdus ⁊ incepit motus. Et subdit philosophus φ diligēter inquirēdū est de hac questione: cū sit difficilis ⁊ de ea sunt multe opiniones.

antiqrū opiones

Opio democri.

Anaxagoꝝ opinio.

Empedoclis opinio.

Incipiemus aūt primū ex diffinitis a nobis in phisicis prius. dicimus aūt motū eē endelechiam mobilis ꝑm φ mobile.

¶ Istud est secūdū capitulū in quo phus ponit rationes ad probandū sempiternitatē motus ⁊ intēdit aliquas ꝯclusiones. ¶ Prima est ꝑ modū suppositionis. s. φ si debeat motus eē opꝫ φ prius sit mobile ⁊ motiuū: qḋ probat rōne ⁊ inductione. rōne sic: motus est actus mobilis: ergo mot⁹ nō pōt esse quin prius sit mobile. inductione sic: quia vbi est alteratio opꝫ φ alterabile precedat: ⁊ vbi est cōbustio opꝫ φ cōbustibile ꝑcedat. ⁊ sic de alijs motibus: igitur. ¶ 2ª ꝯ° semper fuit motus qḋ probat duab⁹ rōnibus. Prima. nā si aliqñ incepisset qḋ aliqñ fuisset veruꝫ dicere: motus nō est: tūc mobilē ⁊ motiuū ꝑcessissent motum. vel ergo fuissent ab eterno: ⁊ sic motus nō incepisset: sed fuisset ab eterno. cum motiuū ⁊ mobile sint cause sufficientes motus vel aliqñdo fuissent facta: ⁊ sic ante motū fuisset motus: cū nō potuissent fieri sine motu. ⁊ dicit φ ꝑ^m fuisset irrationabile dictū. Uñ dicit φ sine rōne dr̄: tanφ ab insipiēte dictū est. ¶ Deinde remouet vnā cauillationē. Nā diceret aliquis φ licet agētia naturalia nō pñt agere sine mutatiōe: tñ bene agētia libera. Rñdet φ sicut naturale nunφ agit, vtrunqꝫ ꝯrioꝝ nisi rōne diuersaꝝ dispositionū vel intrinsecarū vel extrinsecarū: ita etiā agens liberū nō agit ꝯria nisi hꝫ diuersas dispositiones intrinsecas vel extrinsecas: ⁊ ista non possunt fieri sine motu: igr. ¶ 2ª

Conclo nes pbātes mo. t⁹ sempi ternitatē.

Rōes ꝑbātes sp motū fuisse.

Cauillationis remotio.

ratio. tps est eternū: ḡ ⁊ motus ꝯñam ꝑbat. qꝛ tps vel est motus vel nō est sine motu. añs probat auctoritate antiquoꝝ: oēs enim antiqui preter platonē dixerūt tps nō eē factū. probat etiaꝫ ratione. quia qḋ fit de nouo necesse est aliqḋ eē prius ipso ⁊ ipsum esse posterius: quia necesse est φ faciens precedat factū. sed prius ⁊ posterius nō pñt esse sine tpe. igiṫ ante tps fuisset tps. ¶ Tertia ꝯ° semper erit mot⁹: qḋ ꝑbat quia si aliqñ nō sit mot⁹ tūc motiuū ⁊ mobile erūt semper ⁊ sic semper erit motus cuꝫ corruptio nō fit sine motu. Ex quo infert φ mot⁹ est perpetu⁹ quia non potest incipere esse neqꝫ desinere esse.

At vero nihil inordinatū eorum que naꝫ ꝑm nām sunt. Nā enim oib⁹ cā ordinationis est infinitū aūt ad finitū nullā ordinationē rōnis hꝫ: ordinatio aūt ois rō est.

¶ Istud est tertiū capitulū huius tractat⁹ in quo phs reprobat opiones empedoclis ⁊ anaxagore negantiū sempiternitatē motus. Et intendit tres ꝯclusiones. Prima tā opinio anaxagore φ̄ empedoclis est irrationabilis qa illi irrationabiliter loquunṫ qui de naturalibus aliqua asserūt que nec sunt per se. nota nec ex per se notis vel probabilibus deducta imo que nō sunt magis apparētia φ̄ sua opposita. sed cōstat φ non est per se notū nec ex per se notis magis deduci potest φ mūdus aliqñ nō fuit φ̄ oppo^m eius: igiṫ isti irrationabiliter loquunṫ. ¶ 2ª ꝯ°. posi tio anaxagore est irrationabilior positiōe empedoclis. quia in natura nihil debet poni ordinatum inter infinitū tps in quo anaxagoras dicit res in infinitū quieuisse: ⁊ tps finitū in quo dicit res moueri: cū inter illa nullus sit ordo: qa finiti ad infinitū nulla est proportio. ¶ 3ª ꝯ° empedocles nō bene dixit motū nō semper eē ⁊ multotiēs mūdū incipere esse ⁊ desinere esse: qa nō sufficit aliquid asserere. sꝫ oportet assignare rationē ⁊ causam rationabilē sui dici puta inductionē vel demōstrationem. sed hoc nō fecit empedocles: igiṫ. Et si dicaṫ φ non oportet istorꝫ assignare aliquā cām. qꝛ de sempiternis nō opꝫ φ̄rere cām cum nō hēant ¶ Respōdet phus φ licet in aliquib⁹ hoc sit veruꝫ: ꝑ tñ nō est vniuersaliter verū: quia hoc triangulū habere tres angulos equales duobus rectis est sempiternum ⁊ tamē habet aliquā cām. s. principia per que ꝺ mōstrantur: igitur. Et subdit φ sicut principia sunt necessaria: ita ⁊ conclusiones principioꝝ. ꝑncipioꝝ aūt nō est cā: φ̄mis bene ꝯclusionū.

Rō contra anaxagoꝛe ⁊ Empe doclis.

Scḋa.

Tertia.

Contraria aūt his nō difficile est soluere, videbitur ex hmōi cōsideratib⁹ cōtingere maxime motū eē aliqñ cū nō est oino.

¶ Istud est 4^m capitulum in quo phs narrat ⁊ soluit

Solutō Solūit rōnes que habēt fieri ad pbādū q mot⁹ rōnū p. nō erat ppetuus. ¶ Pᵒ. ois mot⁹ est de aliq ter bātium mino ad aliquē terim. sed oē hūs terim est finitmotū ū tū:igif. ¶ 2ᵃ rō:si mot⁹ nō potuisset fieri de nō esse per. uo sequeref q vniuersū semp moueref vel sem petuum per qesceret: sed h est fīm: igr. Uidem⁹ enim q in vno mobili qnq3 est mot⁹ ⁊ qnq3 nō. ¶ 3ᵃ rō. sicut est in minori mūdo ita vr̄ esse in maiori. s3 minor mūdus puta hō vel aial debet hr̄e pnᵐ Solutō sui mot⁹: g ⁊ maior mūdus. ¶ Ad pᵐ diē pbs pdcārū q 2cesso q ois mot⁹ sit finitus ⁊ nullus infini rōnum. tus: nō pp hoc sequif q ista sit vera: semper est mot⁹. ¶ Ad 2ᵐ d: q nō h3 difficultatē nec fa cit aliqd 2 dicta: q2 postq aliqd qescebat moue batur de nouo per nouū motū. ante tñ istu3 infi nitū fuit ali⁹ mot⁹. ¶ Ad 3ᵐ dī q vr̄ hr̄e ma iorē dubitationē. quia videf hr̄e q motus ice pit in aialibus ⁊ ante nō fuit alius motus in ip sis: qd est falsum: q2 motum localem animalis precessit alter motus. s. alteratio corporis.

q **Ueritur** vtrū mot⁹ sit etern⁹ vel aliqñ fact⁹. ¶ Et af pᵒ An mū q sit etern⁹: q2 de⁹ ab eterno pduxit mo d⁹ sit ef tū: aut nō. si pᵐ sic est etern⁹. si nō: g de nō agen n⁹ vel a te fact⁹ est agēs de nouo ⁊ nō de pducēte pdu liquādo cens: g est aliqñ mutat⁹: q2 nō vr̄ possibile deu3 factus. fieri agēte ⁊ nō agēte sine mutatione: ⁊ tñ est i mutabilis oino: igf. ¶ 2ᵒ sic q2 aut de⁹ ab eter no pducit mūdū. ⁊ sic hr̄ intētū aut nō: qd non potestis dicere: q2 vel h eēt eo q non voluit aut q2 nō potuit: nō q2 nō potuit. q2 semp equalem potētiam hūit: nō q2 nō voluit. q2 tunc fuisset inuidus ⁊ fuisset mutat⁹ de nō volēte in volens. ¶ 3ᵒ sic. q2 ipossibile est aliq a volūtate antiq de nouo aliqd pducere sine mutatiōe sui: g im possibile est volūtatē diuinā mūdu3 pduxisse si ne sui mutatōe: añs p3 per artiᵐ pinēsem dicē tē q ipossibile est trāsire de 2dictorio in 2riu3 quo2 alteru3 est reale sine mutatione. ¶ 4ᵒ sic. mutari est aliter se hr̄e nūc q2 prius. sed si de⁹ p duxisset mūdū de nouo se hūisset aliqñ aliter q prius: g aliqñ fuisset mutat⁹. ¶ 5ᵒ sic. tps est eter nū g ⁊ mot⁹ 2ña p3: q2 tps nō fuit sine motu nec e2: añs patet: quia prius ⁊ posteri⁹ sunt tpa vel partes temporis: ergo si tēpus incepit prius ha buit nō esse q esse. ergo in illo priori fuit q im plicat: vel nō fuit: ergo nō fuit prius ⁊ posteri⁹. qd fīm est: igitur. In oppositu3 arguitur aucto ritate fidei tenētis solū esse vnū eternu3. s. deu3 per quē omnia facta sunt. ¶ In questione erūt tres articuli. Quantum ad primum.

Sciēdū est pᵒ q nō est idē loq d eternita te mot⁹ ⁊ de ei⁹ ēntitate. nā ista accipif tāq p se nō ⁊ manifesta a pbia mot⁹ ē. s3 istud motus est eternus nō ab oibus 2cedif sed disceptat fides 2 pbm cū ipsa sit simplr falsa. tñ pbs 2cedit eā eē verā. 2ᵒ supponif q istō aduer biū sp pōt capi dupl. vno mō vt tm valet sicut in oi tpe: ⁊ sic ista est 2cedēda. sp fuit mot⁹ id est in oi tpe fuit mot⁹: sed ista nō 2cedif mot⁹ sp fu it nisi diceref q ex oib⁹ motib⁹ celi cōponeref vn⁹ totalis mot⁹. Alio mō vt tm valet sicut ab eterno q cōiter tm valz sicut añ oē tps. ⁊ sic nō cō cedif ista: sp fuit mot⁹ id est ab eterno fuit mot⁹ l3 Aristoteles eā 2cessisset nō tñ sic exponēt ll lad cōplexū ab eterno. Ex isto sequif q q2cūq capiatur sp: semp termin⁹ sequens distributif nō ipedit⁹ supponit cōfuse tm. vñ quando dicif ab eterno fuit mot⁹. ly motus supponit confu se tantū. si aūt hoc cōplexū ab eterno exponaf p hoc q est ante omne tempus. Ex isto videtur se qui differentia inter ab eterno ⁊ perpetuū. Nā ab eterno dicit anterioritatē. sed perpetuo dicit posterioritatem: vt de anima nunc creata dici mus q perpetuo viuet: ⁊ perpetuo erit. sed nō dicimus illam ab eterno esse. ¶ Et si qs cōtra dicta arguat. nam ista est vera: ante oēm motu3 fuit motus: igif videtur q motus fuit ab eter no ⁊ q nunq sit dabilis primus motus. ¶ Ad uerte aūt q ista est vā: ante oē3 motū fuit mot⁹ quo ad desitionē nō aūt quo ad inceptionem: ⁊ licet aristoteles diceret q ante oēm motum fu it mot⁹ quo ad iceptionē. Diceret etiam q post omnē motū esset mot⁹ quo ad desitionem: q2 di ceret mūdū esse perpetuū ⁊ nunq desinere eē.

Hoc ad uerbiu3 sp quot mōis ca pitur.

Dria in ter ab ef no ⁊ ppe tuum.

Sciendu3 est 2ᵒ q circa textū icidit ta lis difficultas an ad phisi cū ptineat deteriare. de pᵒ motore. Et vr̄ q non Nā dicit phs in secūdo huius. q mouētia non mota non sunt phice consideratiōis. sed pmᵒ motor est mouens non motū: igitur. ¶ Itē de substantys separatis sicut est primū mouens p tinet ad methaphisicū cōsiderare: ergo non ad phisicum. ¶ In oppositu3 est phus in hoc octa uo in textu dicens determinandū est de primo motore ⁊ pᵒ mobili. ¶ Pro cuius solutōe sup ponitur vt visu3 est in pmo huius q phia natu ralis hēt determinare de oib⁹ entib⁹. cum ipsa habeat formare demōstrationes ex tersis suppo nentibus pro oibus rebus: licet nō habeat con siderare de aliquo simplr ⁊ quiditatiue. s. osten dēdo qd ip3 sit. ¶ Scdo supponif q metaphi sicus cōsiderat de causis inqtu3 causata depen dēt ab eis in eēndo. ⁊ phisic⁹ h3 2siderare d eis inqtū causata dependent ab illis in mouēdo ⁊ trāsmutādo tā actiue q passiue. Ex quo seqtur q si possit demōstrari primā cām esse p esse alte rius: tūc talis demōstratio ptinet ad metaphi sicū. si vero possit demonstrari per mouere vel moueri. tūc talis demōstratio ptinet ad phicū. Et ex isto seqtur q phicus nō h3 considerare de mouēte nō mota qd eius qditatē: s3 bene qd

Utrum specterō pᵒ moto re deter miāf ad phicum

rōnē mouētis: ꝛ inq̄tū alie dependent ab eo in mouēdo vł trāsmutādo: ꝛ ꝑ hoc soluit rō añ oppositū. ℂ Et si qs dicat etiā phs nō hꝫ ꝯsiderare de mouētibꝰ ꝛ motis q̄ad q̄dditatē: sed solū

Alia qō.

ꝫm illas rōnes ꝫm q̄s diffinit mouētia nō mota. igiẗ nō magis debeat dicere ꝙ mouētia mota sūt phisice ꝯsideratiōis q̄ꝫ mouētia non mota. Rñdeẗ negādo ꝯñaꝫ: cuiꝰ rō ē q: dicebat hic phs. s. ꝙ mouētia mota sūt phice ꝯsideratiōis tā q̄ꝫ ꝑ se īferiora ad sbꝫ phie ñ āt mouēn ñ mota.

